(a) *Henricus per filium* (a) *generum Regis gratiam consequitur. Frater amissa terra contra Bojemos auxilium pollicetur.* Avent. in marg.

## MCCLXXIX.

*Rex Rudolphus toto anno Viennæ moratur.* Avent. in marg.

## MCCLXXX.

Petrus Pataviensis Episcopus obiit, succedit Wichardus Præpositus templi ejusdem. Ille pontem trans Danubium primus fecit. Albertus de Hals fit Comes à Ru-
(b) polpho (b) ob virtutem.

Post diuturnam rebellionem Marchionis de Brandenburg Rex Rudolphus in Boëmiam arma movet, & inter Marchionem imparem viribus arbitrio Ludovici Ducis Bojorum, aliisque nobilibus fit pax.

## MCCLXXXI.

Anna uxor Rudolphi obit. Rudolphus exivit terram Austriæ, eam committit Alberto filio suo primogenito, postea tamen eam Alberto & Rudolpho filiis, Augustæ in Feodo contulit coram Principibus. Nicolaus Papa obiit, Martinus succedit.

Chunradus Comes ultimus de Mosburg obiit. Henricus Dux occupat comitatum.

Fridericus Archiepiscopus Saltzburgensis Concilium celebrat.

Dissensio inter Monachos & Volchma-
(c) rum Abbatem (c). Illi contra hunc Romam misere. Fratribus machinantibus quibusdam, apothecæ effractæ vi, res ablatæ, gazæ à fratribus his venditæ. Ita frater Monachi cujusdã & duo fratrueles alterius Monachi in Passagio Werd propè Monasteriũ duabus sagittis in flumine Danubii occiduntAbbatẽ, equos abducunt. Paulò post quatuor capti in Straubing, duo execti rotis infixi, duo crucibus affixi, quintus & sextus gladiis occisi, postea cadaver à Werd ad Tondorff supernatans defertur cœnobium. Obiit anno
(d) MCCLXXXII. VII. Id. Maji. (d) Poppo succedit, ejecti Monachi conscii sceleris. Wereharius huic succedit.

## MCCLXXXII.

*Petrus Rex Arragoniæ, pulso Carolo regnum Siciliæ potenter occupat. Martinus Papa eundem excommunicat. Refert ipse in*
(e) *Diplomate ita* (e) *Martinus IIII.*

*Innocentius Papa IIII. Fridericum Imperio, regno Siciliæ, Ducatu Apuliæ ob scelera privavit in Concilio Lugduni, licet frustra. Post obitum bujus Chunradus patris scelerum imitator, occupat eas regiones, eo fato functo, Manfredus Princeps Tarentinus, spurius Friderici occupare quoque nisus. Chunradinus quoque Chunradi F. puer malus, suorum imitator scelerum Progenitorum, capitur. Justo Dei Judicio tota Friderici Progenies extincta quod contra Ecclesiæ Caput insurrexerit.*

*Idem Chunradinus imperium ambire, Regem Siciliæ se scripsit, cum Ecclesiæ inimicis Lombardis, Tuscis Marchianis & Apulis præcipuè de regno profugis in urbe Lombardiæ Tuscia per alia loca diversa mittendo litteras sub regio nomine, ut alliceret ad se populum turbarétque pacem Ecclesiæ in præjudicium Caroli Regis Siciliæ charissimi Filii. Clemens Papa voluit contra eum procedere. Chunradino sublato pax rediit, sed quibusdam malis machinantibus rursus in eo regno discordiæ: Panormus urbs expugnata. Sævitum in viros, mulieres, infantes, uteri concisi prægnantium ( de Gallis credo dicit* (f) *) ait regnum Ecclesiæ Ro-* (f)
*manæ esse, eámque contulisse Carolo, ideoque omnes excomunicat, qui eum molestant. Panormus cæteraque castra & villæ receperunt Hispanum: præcipit, ut redeant ad Carolum. Apud urbem veterem in platea majoris Ecclesiæ, Ascensionis Pontificatus anno secundo. Papæ tamen minas Arrago contemnit: Papa Philippum Regem Franciæ excitat, qui hostili animo Arragoniam intrat, sed inopia annonæ, multitudine miseriarum, multis hominibus equisque amissis, ibi obiit. Refertur Parisiorum urbem anno MCCLXXV. Cor Parisiis sepultum apud Prædicatores, truncus apud S. Dionysium. Murmurabant Clerici & Laici. Ulricus de Einning fit Præpositus Osterhofensis.* Aventinus hæc suis verbis, bullas & Eberhardum excerpens, reddidit.

## MCCLXXXIII.

*Rudolphus urbem Petersburg* (g), *Bur-* (g)
*gundiæ obsidet, ac in deditionem accepit.*

*Dux Austriæ Albertus occasione pacis quam fecerat cum Friderico Archiepiscopo Juvaviensi & Ludovico Duce Palatino, Henrico bellum indicit, Fridericus ei seconjungit, Episcopi Ratisponensis & Pataviensis pacem fecerunt. Fridericus & Hen-*
*ricus pacificantur.* (h) (h)

*Rudolfus Rex Archiepiscopum Coloniensem in gratiam recipit, reddit Cæsari possessiones, is repetebat nomine Imperii. Omisit vectigalia, quæ in terris imperii de novo instituerat.* Aventinus in marg. ad h. a.



(a) Ottonem Catharinæ Habsburgicæ maritum.
(b) hæc Eberh. apud Canis. ad annum præcedentem.
(c) recitat sed paulò aliter Stero ad h. a. & sequentem. Eberhardus omnino dissimulat, etsi & ipse Altahensis fuerit. Volchmarus iste, Hermanno, post Albinum successerat.
(d) Haidenus in Chron. Altah. inf. rem ex Sterone & monumentis Domesticis fusius refert. p. m. 99.
(e) non descripsit Aventinus. Refert tamen Eberhardus ad h. a. apud Canisium.
(f) hæc arguunt Aventinum Paraphrasten hic egisse; quod familiare illi quoties Diplomata prolixiora se offerebant.
(g) *Pellicardi montem.* vid. Aventin. Annal. L. VII. C. XX. & Anonymum Leobiensem L. II. ad h. a. apud H. Pezium Tomo I. Rer. Austriac.
(h) Vid. etiam eund. Aventin. Annal. Boic. L. VII. C. VIII. & Adelzreiterum P. I. L. XXV. ad h. a. Cl. Hansizium Hist. Salisb. p. m. 392. §. XXX.

### MCCLXXXIIII.

Fridericus Archiepiſcopus Salisburgenſis obiit. Succedit Rudolfus Vicecancellarius Rudolphi, qui celebrato Concilio fortiter incitatus contra Adverſarios Epiſcopii, ob timorem tamen hominum maximo totius Patriæ ſcandalo in conſpectu Ducum Auſtriæ revocavit. Idem tranſtulit S. Virgilium.

### MCCLXXXV.

Gotfridus Pataviensis Epiſcopus, de Weſtphalia obiit. Succedit Wernhardus de Prampach, ſynmyſta manſuetus, tranſtulit SS. Valentinum & Maximilianum.

### MCCLXXXVI.

Tartari Rege Ladislao Ungariæ filio Stephani tanta multitudine Ungariam intrant, undecim milliaria dicebantur occupare. Hinc grandine & pluvia interclusi interfecti ſunt.

*Civitas Muldorf reſtituitur Epiſcopo Juvavenſi, capta priore anno à Henrico Duce.* Avent. in marg. ad h. a.

### MCCLXXXVII.

Rudolphus Cæſar Herbipoli conventum Principum habuit.

Joannes Cardinalis Thuſculanus Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus ibi multum Clerum gravare volebat. Ab Epiſcopis ad Sedem Apoſtolicam appellatum eſt. Ideo fruſtra convocavit, quoniam brevi Romam rediit. Audierat obiiſſe Honorium Papam, qui antea Jacobus de Sabello. Succedit Hieronymus Minor, vocatúrque Nicolaus. Nil contulit mendicantibus gratiæ. Quæſtionem inter eos & Parochos indiſcuſſam reliquit. Eo mortuo vacavit ſedes plus quam tribus annis ob diſcordiam Cardinalium. Tandem eligitur Benedictus, Cœleſtinúsque vocatur. XL. annis in cella latuerat, nullum equum aſcendit, ſed more Domini aſellum. Simplex tamen & imperitus rerum judicandarum, cedere cogitavit. Quibusdam ſentientibus Papam non poſſe cedere, ipſe conſtitutionem edidit poſſe Papam cedere. Electus poſt ipſum Benedictus Cardinalis, qui Bonifacius Cœleſtinum recluſit, ne ſciſma fieret, Acta ejus reſcidit.

Aventinus in marg. ad verba, ubi de Concilio Herbipolenſi agitur: *Adſunt Archiepiſcopi Moguntinus, Salzburgenſis, Magdaburgenſis, Epiſcopi LXX. & alii plurimi cum maximo Clero. Appellatur ſecundâ Seſſione ab Epiſcopo Tullenſi . . . cui appellationi conſenſit totus Clerus. . .* Accedunt pauca, quæ tamen oculorum meorum aciem effugerunt. Eſt autem manus Aventini, præcipuè properantis, deſperatæ ferè Lectionis.

*Diſcordia inter Duces Bojorum ob victoriam Paulſtorfer adverſus Satelpoger, & tranſactionis Exemplar Rex Romanorum concordat.* Avent. in marg. ad h. a.

### MCCLXXXVIII.

Dux Brabantiæ auxilio civium Coloniæ vicit Archiepiſcopum Colonienſem & Comitem Gelhriæ. Ipſi capti & multi ſervi ſunt amiſſi.

Rudolphus in Burgundiæ Comitem arma movet: Comes auxiliares copias ex Picardia, Francia, Flandria habuit; auſus tamen non congredi Dux Burgundiæ pacem fecit.

Diſcordia inter Archiepiſcopos, Epiſcopos, Prælatos, totum Clerum regni Franciæ & Prædicatores & Minores ex Privilegio dato à Martino, in quo poteſtas audiendi confeſſiones & prædicandi data, ita tamen quod hi, qui fratribus confitebantur, ſuis Parochialibus Presbyteris confiteantur ſaltem ſemel in anno ut generale Concilium ſtatuit.

Judæi Pacharat Dioceſis Herbipolenſis Wernherum occultè occidunt, torculari exprimunt ſanguinem, eodem loco miraculis clarere cœpit.

Præterito anno Monachii puerum occiderunt, à populo cremati in una domo.

### MCCLXXXIX.

Rudolphus ſecundo Burgundiæ Comitem ſubdit.

### MCCXC.

Henricus Dux Bojus obiit pridie Non. Febr. multo dolore ſcelerum in quibus timuit Sacerdotes læſiſſe alióſque, decrevit cum conſenſu filiorum ſuorum & præſentia, Heinricum Ratiſponenſem Epiſcopum & fratrem Wernherum Lectorem Minorum Ratiſponæ indempnitati conſulere læſorum. Præterea vetuit diviſionem & decrevit, quod per quatuor continuos annos Ludovicus & Stephanus fratres permitterent Ottonem gubernare Provinciam & adminiſtrare. Confirmatur juramentis Fratrum & Nobilitatis.

Rudolphus Salzburgenſis Epiſcopus obiit III. Non. Aug. Stephanus Dux Bojorum poſtulatur concorditer, Papa ob ætatis defectum renuit. Dedit ipſe Chunradum Laventinum Epiſcopum, qui una cum aliis incertus in ea poſtulatione fuerat, ipſum confirmat, pallium adſignat.

### MCCXCI.

Ladizlaus Rex Hungariæ ſine hæredibus moritur.

Eodem anno XVIII. kal. Aug. obiit Rudolphus Spiræ ſepultus (i). regnavit annis XVII. Intra ſex menſes eligitur Adolfus Comes de Naſſawe vir fortiſſimus, qui anno MCCXCIIII. Turingiam, Miſniam, rebelles duobus ibi manens annis expugnavit. Nepotes Friderici II. qui eas occupârant, ejecit. Dum enim Freiburg urbem cepit, caſtrum in urbe clam ſuffodit, erant in eo fortiſſimi plerique adverſarii Regis, ita muri corruerunt. Rex gnarus ruinæ circumdedit caſtrum ne evadendi copia eſſet. Ita omnes in caſtro capti, LX. magni nominis antea-

(i) Avent. add. h. l. Eadem Eccleſia interdicta pro Rege ob pulſum Epiſcopum.

anteáque proſcriptos continuo ſecuri percuſſit, aliis dilata vita ad tempus precibus nobilium. Incolæ hac re territi deſertis caſtris fuga ſibi conſuluerunt. Marchio, cui civitas & caſtrum Miſnæ adhuc parebat, cum paucis caſtellis Cæſari ſe permiſit, ut illos liberaret, quos Cæſar captivos vinculis tenebat. Quod & factum eſt. Ita pax reddita terræ, Marchio inter alia mala Epiſcopum, Sacerdotes ejecerat Miſna urbe, ex templo fœnile equis fecerat.

## MCCXCII.

Albertus Dux Auſtriæ & Chunradus Archiepiſcopus Salzburgenſis bellant, utrinque gravia damna accepta. Chunradus accito Ottone Duce Bojorum Carynthiam ingreditur. Spes facta ab incolis ejus potiundæ, ſed nives obſtitêre compuleréque redire. Demum Epiſcopus cepit filium Ducis Carinthiæ. Ita eo facilius pax impetrata, maximè opera Henrici Ratisponenſis Epiſcopi, & Ludovici Ducis Bojorum, durat tamen vix tres annos. Auſtriæ Dux obſidet Raſtad duos menſes ferè, ob commeatûs penuriam, qui per anguſta montium non facile advehebatur, diſcedit; jam enim & Otto Dux Bojus usque Salzburg venerat, auxilium laturus obſeſſis.

*Eodem anno inventionis ſanctæ Crucis per Principes Imperii eligitur Adolphus, vir pius, amator Cleri, religioſus, omnes Principes conſenſêre præter Albertum Auſtriacum. Feſto Pentecoſtes coronatur Aquisgrani à Moguntino confirmante Nicolao.* Aventinus in marg. ad h. a. ex alio haud dubiè Chronico.

## MCCXCIII.

Diſcordia inter Regem Franciæ & Eduardum Regem Angliæ orta Cæſar plus favens Anglis repetivit à Franco regnum Arelatenſe, quasdam alias terras & Provincias, quas dicebat eſſe imperii, inſuper & ſpineam coronam, quæ niſi redderet, ſe armis recuperaturum. Ob hoc multi nobiles, & Comites Flandriæ & de Bar & alii, ſe Franco opponunt, qui ei antea adhæſerant. Francus eduxit contra eos anno MCCXCVII. copias in quibus ferè aut plus quam XXX. millia Judæorum, præter Chriſtianos exponere cogitavit.

Nicolaus Papa obiit, vacat ſedes annis III.

*Eodem anno Albertus Auſtriacus fecit diſcordiam inter Principes conſilio avunculi Alberti de Haigerloch Comitis, dolens ſe non electum: colloquia habuit cum Rege Bohemiæ & Ducibus Carinthiæ, cum Archiepiſcopo Moguntino, per internuntios conſpiratum. Tum ſpe facta cum exercitu ad Rhenum tranſit per Styriam & Carinthiam, ubi Clericos & ſeculares mutuo recipiendo ab eis pecunias falſis promiſſionibus corrumpit. Veniens ad Rhenum in oppidum Schaffhauſen à Moguntino & ſuis complicibus in Regem conſtituitur. Auctor hujus mali Archiepiſcopus Moguntinus. Tandem prælio dum Adolphus præceps exercitu relicto . . . cum paucis hoſtem perſequitur congreſſione laſſo equo vulneratur. Virginum Monaſterio Roſenthal ſepelitur. . . Anno regni ſexto. Albertus ſepulturam Spiræ prohibebat.* Aventinus in marg. ad h. a.

## MCCXCIIII.

Ludovicus Palatinus Comes obiit in Haidelberch, eo cubiculo ubi natus, reliquit duos filios Rudolphum, qui duxit filiam Cæſaris, & Ludovicum.

## MCCXCV.

Cives Ratisponenſes ante muralia opus decorum & fortè munimentum ædificare cœperunt, à Clero quoque gravius æquo ſuperbiúsque exigebant opem. Cæſar inter Paſcalia & quinquagenalia Ratisponam venit. Henricus Epiſcopus Ratisponenſis exactionem gravem ad Cæſarem defert, Cæſar per ſe & Conſiliarios cives adhortatur & monet, ut nihil ob hoc opus à Clero exigerent, ſed conceſſâ à Cæſaribus libertate permitterent uti. Renovavit Privilegium Friderici Romanorum Imperatoris. In uſibus Feudorum eſt idem Privilegium. Juſſit Cæſar legi civibus per Henricum Brixinenſem Epiſcopum. Ita cives abſtinuêre Propoſito.

## MCCXCVI.

VII. kal. Aug. Henricus Ratisponenſis Epiſcopus de Roteneck obiit, cum in feſto Jacobi, quem peculiariter venerabatur, cum multa pietate ſacrificârat, & cum populo & Clero in Menſa diſcubuiſſet, veſperi morbo correptus, ſubito altera die expirat. Parentalia vivus XIIII. annis ante mortem inſtituit & celebravit. Urnam cum veſtibus funereis quotidie habuit locatam ad cubile ſuum, ad memoriam mortis. Muſicam primus ordinavit Epiſcopi, pacis maximus ubique inſtaurator, viſitavit cœnobia, ornamenta templi auxit. Rexit XIX. Vincula Petri eligitur Chunradus de Luppurch, Manſuetus, Pius, Moſi æquabatur, in diſcordia quam Albertus Bojemus ſuſcitavit contra ſummum Principem Reipublicæ.

*Ludovicus filius Henrici obiit Dux Bojorum.* Aventinus in marg. ad h. a.

## MCCXCVII.

Cæſar meditans expeditionem in Francorum Regem, præpeditur inteſtina diſcordia. Nam Archiepiſcopus Moguntinus, Rex Boëmiæ, Albertus Dux Auſtriæ, Principes duo de Brandenburgo, Dux Saxoniæ, die Pentecoſtes congregati, quo Rex Bohemiæ per Epiſcopum Moguntinum coronatur Pragæ, condixêre diem Egram, ut conſpirarent contra Adolphum, quod ubi reſcivit Adolphus, impedivit id. Sed in oppido Bojemiæ Cado nomine convenêre Bojemus & Auſtriacus ſine Moguntino, qui obſeſſus ab Adolphi milite in quodam caſtro.

Rex Franciæ maximo exercitu Flandriam intrat. Comes Flandriæ duxerat filiam Angli, obſedit civitates Pruck, Eiper, Gandavum.

Remboto Eyſtetenſis Epiſcopus obit, ſuccedit Chunradus de Peſſenhuiſen, Ratisbonenſis

nensis Canonicus & Archidiaconus, vir prudentiæ singularis.

Ratisbona ab Ottone & Stephano Ducibus Bojorum impugnatur, prohibetur Annona induci. Cives tamen vicum Abach exurunt. Ope Chunradi Episcopi fit pax. Navale bellum inter Venetos & Januenses, victi Veneti, XXXM. eorum mersi occisi, capti à Januensibus.

*Chunradus de Haldenberg Leonardum de Rorbach fraude occidit.* Avent. in marg. ad h. a.

## MCCXCVIII.

Circa mediam Quadragesimam Albertus Austriacus permittente Ottone transivit per Bojos, cum Austriacis, Ungaris, Bojemis, auxilio Episoporum, Constantiensis, Argentinensis, Moguntini & nobilium aliorum. Apud Rhenum majorem colligit exercitum, contra Adolfum Cæsarem. Auxilio venerunt Cæsari Rudolphus Comes Palatinus Rheni, Otto Dux Bojorum, urbes Spira, Wormatia aliæque. Apud Hasenpuhel per ambages conveniunt. Impatiens moræ Cæsar in die Processi & Martiriani imparatus occurrit. In prima acie Duces Bojorum fortiter dimicant novo bellandi genere gladiis acutis eorum equi omnes occisi. Principes cum nobilitate sua equis amissis super cadavera hominum equorúmque stando viriliter pugnant diutius, nec enim eques ob cadavera equorum eos accedere poterat, nam & ipsi simili strage equos amittebant. Cæsar igitur ipsis succurrere volens laborantibus, & præcedendo aciem suam & ordinando, ut erat peritissimus belli, equo fortè cadente ab eodem concussione concussus est, adeo ut cum à suis restitueretur, minimè sui compos esset & sic amens ad bellum veniens, & quia galeam propter debilitatem ferre non valuit, hostibus incautè expositus, occisus est; prædictis Ducibus loco non cedentibus audita Cæsaris morte. Duces Heidelbergam proficiscuntur. Occurrerat Ottoni in auxilium Cæsari properanti Comes Albertus de Haigerloch, avunculus Austriaci, quem improvisè adortus longè majori equitum numero, Otto fortiter restitit, Comitem obtruncat, cæteros sternit. In superiore bello ex parte Cæsaris pauci amissi sunt, equi verò M. & CCCC. occisi. Cæsare in Monasterlo Rosenthal sepulto, filióque ejus capto, Electores communiter elegerunt Albertum.

Civitas Bataviensis Wernhardo Episcopo repugnat. Canonici, Episcopus civitatem exeunt, excommunicant, interdicunt, à monte S. Georgii tormentis infestant. Volebant cives habere Consulem & Senatores à se electos, jámque signum peculiare, tintinnabula suspenderant, quo convocarent Sacerdotes & signarent tabulas. Contendebant more imperialium urbium regere se sicut Ratisbonenses; partes Nurnberg ad Albertum Cæsarem provocant. Cæsar non judicio sed arbitrio ita concordat, ut cives traderent Episcopo signum, tintinnabula, quorum unum adhuc ad S. Stephanum, polliciti quoque se dicto audientes fore Episcopis, nec posthac tale ausuros, duóque millia librarum dedêre Episcopo.

Fama de Judæis quod sacram Hostiam mortario contuderint, sanguis effluxerit, ideo omnes Judæi Herbipoli, Nurnperch, Rotenburch, tota Franconia à populo Duce Rindfleisch incensi. Castrum regium Nurnberch, Wildenstain, novi fori aliáque per Franconiam oppida expugnata & castra. Judæi cum Christianis igne in templis perierunt. Judæi seniores timentes, ne pueri & fœminæ baptizarentur, ante se ignibus injecerunt, ipsi post insilierunt; arma, pecunias ne cederent Christianis prius quam se igni tradiderunt. Babenberch, Amberch, Ratisbonenses vetuêre suos absque judicio attingi. Affirmabant se nolle resistere vindictæ divinæ in Judæos, sed expectare majorem fidem, quod esset vindicta verè à Deo. Ita magna difficultate usque hodie incendium evasêre.

*Albertus mortuo licet à Moguntino ante obtrusus, tamen modestiam simulans regnum resignat conditionatè. Unde in vigilia S. Jacobi Moguntinus resignationem recepit. Cum quibusdam discordiis eligitur, ut fraudem occultaret, tum Aquisgrani coronatur. Papa tamen Bonifacius vir prudens, noluit consentire, nec eum Regem vocavit. Sequenti Autumno Albertus curiam Nurnberch habuit. Omnes Principes convocati. Regina ab Archiepiscopo inungitur & coronatur. Anno regni sui tertio Moguntinus, Treverensis, Coloniensis Archiepiscopi, Comes Palatinus Rudolphus communiter se ei opponunt, sequenti tamen in concordiam redeunt. Anno regni sui sexto Papa pacem cum eo init Regémque vocat, Pontificatûs nono & in publico sermone Philippi & Jacobi confirmat, ad Coronam invitat augustatem litteris & nuntiis, sed non venit. Regem Boemum, alios Principes vi multum pressit. Congregato milite per Bojos comitante Ottone Duce Bojorum, aliis Francis, Rhenanis, Suevis, Styris, Austriacis, Carinthiis, quasi X. millibus, in Bohemiam intrat; sed frustra: nam magnam ob rerum penuriam revertitur.* Aventinus in marg. ad h. a.

## MCCXCIX.

Cæsar conventum celebrat Noriberch; adfuêre Episcopi: Moguntinus, Coloniensis, Trevirensis, Saltzburgensis, Ratisbonensis, Bathaviensis, Frisingensis, alii (k) multi. Rex Bojemiæ, Dux Bojorum, Rudolphus Comes Palatinus Rheni, Duces Carinthiæ, alii multi. Leges dedit, Primogenitum Austriæ Ducem fecit, cui desponsatur filia Regis Philippi Francorum nomine Blancha, nata ex filia Ducis Brabantiæ & anno MCCC. ad Austriam deducta. (k)

Boni-

(k) Avent. in marg. adjecit Babenberg. Herbipol. Constantiens. Basileens. Wormatiensis, Brixinensis, Numburgensis &c. Abbates: Hirsfeldensis, Fuldensis, Augiensis.

Bonifacius sextum edidit, scholis misit, litem inter Mendicantes & Parochos diremit.

Saracenorum Rex cum Suldano Babyloniæ auxilio & consilio Christianorum bellat eúmque vincit, ideo baptizatur, promittens Palæstinam tradere Christianismo. Theutoniorum sacrata Nobilitas cum Magistris intrârunt.

Stephanus ducit Jeutam filiam Polconis Polaniæ Ducis.

## MCCC.

Mortuus Rex Andreas Hungariæ sine hæredibus.

Papa nepotem Caroli Regis Siciliæ dat regno, natum ex filia Rudolphi Cæsaris, qui etiam anno sequenti in Arragonia est coronatus, licet Rex Bojemiæ pro filio suo ad id aspirârit.

v. kal. Julii Otto & Stephanus Duces Bojorum cum CC. Nobilibus, inter quos præcipui Albertus & Alramus Comites de Hals, Landshuet gladiis militaribus accincti. Dux priori anno duxit uxorem Geutam filiam Bulconis Ducis Poloniæ.

Papa Bonifacius VIII. Ludovicum Regem Franciæ canonizat, indulgentias Gallis confirmat.

## MCCCI.

Discordia inter Cæsarem & Episcopos Coloniensem, Treverensem, Moguntinum & Rudolphum Comitem Palatinum.

Chunradus de Luppurch sine liberis obiit. Castro Luppurch cum pertinentibus ad id, ad Chunradum Ratisponensem Episcopum fratrem prædicti Chunradi ut verum hæredem devolvitur, & Ecclesiæ Ratisponensi perpetuo donatur. Multo tamen labore & sumptu obtentum.

## MCCCIII.

Papa confirmat Regem Albertum & consensit, quod diu noluit, ob homicidium atque per honestos nuntios invitat.

Rex Franciæ excommunicatur, terra interdicto ponitur. Rex Franciæ convocat Sacerdotes Lutetiam Joannis Baptistæ; articulos contra Papam scribit, ad futurum Concilium appellat; in festo Hieronymi à Serra Senatore, amicis Cardinalium de Columna Anaginæ Papa captus, urbem deductus, obit Idus Octobris. Succedit Nicolaus Hostiensis qui Benedictus.

Obit Lupoldus Episcopus Babenbergensis, succedit ob discordiam mystarum datus à Papa Wulfingus, Episcopus Lavantinus de Stubenberg Ordinis Prædicatorum.

## MCCCIIII.

Discordia inter Albertum Regem & Wenceslaum Regem Bojemum. Congregat in Bojoaria exercitum consensu Ottonis Ducis.

Benedictus Papa obiit Perusii Idus Julii. vacat tribus Ebdom. mensibus. XI.

III. Idus Augusti nascitur Alberto juniori de Hals, filia Margareta ex Udilhyide de Zolern in castro Hailenberch.

Papa fit Clemens, ante Bertramus Burdigalensis in vigilia Pentecostes.

Albertus exercitum movet contra Wenzeslaum Regem Bohemiæ, descendit ab ista parte Danubium usque in Lintzium, ubi transit flumen, venit usque Chuttam frustra tamen, impeditus intemperie aëris, rediit Martini, qua venerat ad Istevones.

Cathedra Petri frigus congelat flumina majora.

## MCCCV.

Otto Dux Bojorum parum se utilitatis consecutum ab Alberto Rege Romanorum contra Boëmos expeditione (l), nec damnorum vices per transitum terræ suæ, nec stipendia sibi suisque promissa, licet Ratisponæ Nurnperch pollicitis inescatus fuisset, fidem sortis per frusta dans, admonitus per proceres regni invitatus à Wenzlao Rege Boëmiæ pro defensione regni sui, eidem adhæsit, fidémque promisit. (m)

*Andreas Rex Ungariæ obit.* Aventinus in marg. ad h. a.

## MCCCVI.

Wenceslaus Rex Bohemiæ natali Joannis Baptistæ obiit. Reliquit filium Wenzlaum natum ex sorore Alberti Cæsaris, qui duxit uxorem filiam Ducis Cracoviæ, cui fidelitate & servitiis Oto Dux Bojorum adhærebat, filiam primo promiserat, & jussi terræ ejusdem omnes Barones juraverunt, & quia idem Wenzeslaus vivente Rege electus Rex Ungarorum erat, insignia regni ob infidelitatem regni secum in Bohemiam tulit, Otonem Ducem Bojorum (cui pater filium moriens commendârat, ut regnum ejus Consilio gubernaret) regiis nuptiis Brunnæ Moraviæ circa Dionysii festum, ut verum hæredem regni Ungariæ honoravit, cúmque idem Otto sub spe regnandi vocatus à quibusdam Nobilibus & Episcopis, contranitentibus Consiliariis Bavariæ, infra Octavam B. Virginis Bojariam exiêrat, adjunctis sibi Alberto juniore Comite de Hals (cujus pater gravi Strubingæ morbo detentus) & Hartlibo de Puechberg cum Magistro Curiæ, cum aliis nobilibus paucis esset in Brunna, animatus majori audacia de insigniis sibi traditis cum paucis Boiis, contra voluntatem Alberti Cæsaris & Rudolphi filii sui, Ducis Austriæ, regnum intrat Ungariæ. Martini Budam intrat magno periculo fortunæ & rerum. Nicolai regiæ albæ coronatur à Benedicto Vesprinienſi & Anthonio Conadiensi Episcopo, præsente Comite Ybano & Duce Stephano, pontem circa Budam & vicina loca tenuit, muneribus honoratur.

Otto Dux Bojorum Ungariam intrat, fert insignia oblata à juniore Wenslao Rege Boëmiæ invitatus ab Ybano & aliis regni proceribus, ut verus hæres Nicolai Weyssenburch



(l) Vid. Avent. L. VII. C. IIII. pag. m. 705.
(m) desinit ad h. a. Eberhardus Altahensis qui ferè eadem, præcipuè circa initium quæ Henricus noster, sed prolixius dixit.

fenburch coronatur. Comes Albertus junior, Comes de Hals, Hartliebus de Puechperch & alii nobiles, qui tamen favere ipsi, rursus redeunt in festo Georgii. Dionysii obiit Albertus senior Comes de Hals in Pogen.

Otto fidei Ungarorum credens fraude Regis Alberti à Ladislao capitur, ut fa-
(n) ma est. (n)

## MCCCVII.

Ottoni ut magis Ungariam tenere posset Consilio Ungarorum, ei despondetur filia Ducis Ladislai Transsylvani, sed postea insidiis Alberti Cæsaris per Ungaros & ipsum Ladislaum capitur, plus anno detinetur.

Albertus Comes junior de Hals & Hartliebus de Puechberg Georgii (desponsata uxore & Ungariæ Comite petentibus, ut Rex alienigenas domum remitteret) sub magnis periculis & vagabundi per Carinthiam redeunt, Ottone nondum captivato, sed potenter Budæ dominante, paulò post
(o) autem capitur. (o)

Wenzeslaus Rex Bojemus Brunæ in lecto occiditur à suis. Rudolphus Dux Austriæ ab Alberto patre illi substituitur ad petitionem Bojemorum, quo breviter mortuo Henricus Dux Carinthiæ habens uxorem filiam Regis Wenzeslai II. Consilio Ottonis Regis Ungariæ Bohemiam intrat, ducens secum Stephanum fratrem Ottonis.

Ottone capto ab Ungaris, Stephanóque ejus fratre in Landshuet graviter morbo laborante Albertus Cæsar ab Austria exercitu transire voluit terram Bojorum per pontem Oeni in castro suo Newburga. Audita re nobilitas Bojorum id prohibere conatur, consilióque habito congregatis agricolis & Nobilibus ad Newburg ut impedirent convolant. Arbitrabantur non sine causa cum periculo suo hujusmodi expeditionem fore. Cæsar verò gnarus ducem & caput defore, audita negligentia vicariorum, quod nemo, qui capitaneis pareret, noctu clam ad ipsum castrum venit, relicta à tergo comitiva circa urbem Bathaviensem, simulans se habere complures armatos, oriente Sole sive luce bini & bini armati procedentes per pontem Oeni, cum exercitu congregato, ipsos Bojos sine capite in fugam vertit, obsidionem solvere coëgit, quo facto cepit congregato milite terram transire, igne prædáque devastando.

## MCCCVIII.

Philippi & Caroli occiditur Albertus Rex à fratruele Duce Joanne in Alsatia.

Eodem anno eligitur in festo Catharinæ Henricus de Lutzelburg in Cæsarem.

Comitissa de Hals Elisabeth Thomæ Apostoli obiit; relinquens duos filios Albertum & Alramum.

Otto Rex Ungariæ liberatur per Prussiam Russiam venit, Ducis Glogaviæ filiam in via despondet nomine Dagnam * quam post breve duxit. Bohemi & Boii magno excepêre gaudio. Rex verò Albertus admiratus de suo reditu non parum tristabatur.

* ita Cod. nostri *Agnetem* vocant.

Comes Hals ædificat castrum Wildenstain. Otto adducit sponsam in Bojariam.

Straubing multi nobiles gladiis militaribus accincti.

Catharinæ eligitur Franckofurt Henricus de Lutzelburg, purificationis coronatur Aquisgrani à Moguntino Episcopo. Reges Adolphum & Albertum Spiram defert.

## MCCCIX.

Imperat Comites de Wirtemberg proscribit, & misso milite impugnat: Bohemis Joannem Regem dat, Henrico Carinthiam restituit, deducitur, per Petrum Moguntinum Archiepiscopum & Rudolphum Comitem Palatinum Rheni, qui rebelles subderent. Rudolphus rediit, Moguntinus mansit, Joannem Pragæ coronat, inde Italiam Cæsar intrat.

Otto & Stephanus fratres Boii memores injuriarum sibi illatarum ab Alberto Cæsare & ob prædas continuas factas à Magnatibus Austriæ, Mauritii, castrum Newburch obsident. Comes Hals & .... adsunt cum copiis ... * usque ad nativitatis Christi, summo frigore.

* quædam hic effugerunt.

## MCCCX.

Boii per fossores argentarios die Epiphaniæ subruunt castrum (Newburch) mœnia cadunt, ut omnibus pateret introitus, incolæ fugiunt, castrum incenditur. Wernstein se recipiunt castellum, ubi Canonici Patavienses arbitri, usque ad adventum Austriaci Ducis induciis factis se se continuêre, Otto cum fratre Stephano: Capitaneus de Lamberch est præfectus in Neuburch. Quadragesima media Fridericus Austriacus cum esset in partibus Rheni infeodatus à Cæsare, conditionémque cum eo concordans, audita obsidione Neunburch castri sui à Bavaris destructi copias legit Suevorum ac Rhenensium per Salzburgensem Episcopatum Austriam intrat, ibi collectis viribus Ungaria, Austria, Styria, Carinthia diversis armis Bavariam versus tendit, præcipuè destructurus Schaerding, Comes it Chunradus Saltzburgensis Archiepiscopus, XV. millia erat exercitus, Ried obsidet ligneum tugurium, XIIII. dies ibi regionem ferrò flamma præda devastans, tandem traditur à Præfecto castri, dein Purghusium arma movet, ibi pro Oeni defensione Schaerding obsedit adsumptionis Mariæ, auxilio Juvavensis Episcopi. Quod ubi audivit Otto & frater Stephanus, Schaerding, cujus Castellani erant Comites de Hals, collectis copiis incolarum duobus Comitibus de Truheting & Hehenloh circa Nativitatis Beatæ Virginis ex illa parte Oeni obviam pergunt. Erant mille quingenti equi-

(n) hæc ex alio Chronico videntur ab Aventino inserta.
(o) Aventin. in marg. ad h. l. *Albertus, qui nepotem suum ex sorore Ungris imperitare improbat, insidiis oppugnat Ottonem. In Bojoariam arma movet.*

equites, rusticorum peditum LX. millia. Videntes Boii numerum hostilis exercitus ob penuriam commeatus morbúmque equorum indies magis & magis minui, audaciores fiunt, spe religiosorum animati, qui bellum suadebant, statuerunt aperto marte congredi, sed quia Oenus transitum prohibebat consilio Hartliebi de Puechberg pontem fecerunt, quem cum mane profecti Boii transire parant, hostis multitudine agricolarum territus media nocte, Suevi, Austriæ Dux cum Archiepiscopo fugam capessunt, circa ortum solis, III. Non. Novembris omnino fugiunt, machinas, tentoria succendunt, relinquunt equos, accipi-
(p) tres (p) galeas, vinum, mensas cum cibis præparatas, vestes cum bracchis, omnia
(q) igne consumpta exceptis quæ per . . . (q) pro modico vendita. Tentorium Archiepiscopi constare ferebatur xx. marcis, venditur pro quatuor libris Ratisponensibus. Extant versus de ea re.

## MCCCXI.

Oto Rex Ungariæ & Dux Bojorum mortuo XI. kal. Januar. Stephano fratre arbitris Archiepiscopo cum Episcopis & nobilibus utriusque Principatus conventum habet, . . . . Adveniunt Regina ( vidua Cæsaris ) cum filio Duce Austriæ & proceribus ejus, Otto Rex cum Nepotibus ex fratre Ottone & Henrico, Rudolphus & Ludovicus fratres & Palatini Rheni, Henricus Dux Carinthiæ Comes de Ortenberch & Haimburch de Hals, Chunradus Archiepiscopus Salzburgensis, Wernhard Pataviensis, Joannes Brixinensis, Gurcensis Albertus, cum multis aliis Ratisbonam: durat colloquium ad festum Georgii, ita composita res est, concordes Duces Otto & sui fratrueles & Fridericus Dux cum Regina & filiis, contra omnem hominem se juvare conjurârunt per Imperium. , Werastein castellum Duci Austriæ manet, quod juramento firmavit, quibusdam. . . . de terra Meranica, castrum Newburg sine damno Bojoariæ reædificetur, captivi utriusque partis liberè dimissi.

Otto concessione Comitum & Nobilium terræ recepit proventus omnium religiosorum, Episcoporum & Ecclesiasticorum. . . exceptis his, quæ propriis sumptibus excolebant, ab aliis verò utriusque sexûs partem octavam sicut fecerat ante bina vice pro dissolvendo ære alieno.

Emicho Frisingensis Episcopus obiit, succedit Gotfridus Canonicus ibi.

Viennæ Galliæ concilium Clementis pro passagio Palæstinæ.

Caris modii Landaw Siliginis venditur VII. libris Ratisponensibus, Schaft Patav. XI. libris Patav. Australis modius X. Wiennensibus libris.

## MCCCXII.

Chunradus Archiepiscopus Salisburgensis obiit VIII. kal. April. succedit Wichardus Decanus ibidem.


v. Idus Septembris obiit Otto Dux & Rex in oppido Landshut, reliquit filium ex Agnete uxore Ducissæ Glogoviæ.

## MCCCXIII.

Chunradus Ratisponensis Episcopus obiit IX. kal. Febr. succedit Nicolaus Regis Bohemiæ Protonotarius ibi Canonicus.

IIII. kal. Augusti obiit Wernherus Pataviensis Episcopus.

(p) Avent. L. VII. C. XIIII. n. XVI. p. m. 707. hoc usus loco, mendosè *accipi tribus vino*. Accipitres in castris, in supellectile nobilium illius temporis.
(q) in Autogr. Aventini *Garnontes*, quod quid monstelli sit, ignoro.



ANO-

# ANONYMI BREVE CHRONICON RATISPONENSE

*Ab Anno Christi CCCCLXXI.*

*Ad Annum MCCCXLIII.*

* * *

*Ex schedis Autographis V. Cl.*

JOANNIS AVENTINI

*Eruit*

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

---

## Monitum prævium Editoris.

EN tibi Lector, breve hocce CHRONICON RATISPONENSE ex eodem Aventini *Rapsodiorum* ( ut GEWOLDUS vocat ) *Tomo X.* tot antiquitatibus Boicis fœto, depromptum. Unde illud acceperit & illa suâ tremula, & cum properaret, inficetâ sanè manu descripserit AVENTINUS, non constat. Inseruit autem *Miscellaneis suis Passaviensibus* * nulla adjecta nota & planè quod dicitur, extra viam, atque ut solent, quæ tumultuario labore per iter colliguntur.

* fol. 60. a. b.

---

### *Breve Chronicon Ratisbonense.*

ANno post Christum natum XVIII. Ratisbonæ urbs fundata Tiberina dicta à Tiberio.

*Anno CCCCLXXI.* S. Severinus in Norico conversatus.

*A. CCCCLXXXIIII.* S. Paulus Episcopus Ratisponensis.

*A. DCLXXXIIII.* Dietpertus & Grimoldus Duces Bojorum.

*A. DCXCVII.* Apollonus primus Abbas S. Emmerami.

*DCCXXXII.* Gabaudus ordinatur Episcopus Ratisponensis & Heimeranus transfertur.

*DCCCXLIIII.* Pipinus fit Rex, qui Cœnobium D. Emerami dotavit regiis privilegiis.

*DCCCVIII.* Ortus Ludovici Regis.

*DCCCXXIIII.* Episcopo Bathurico & Ludovico Serenissimo Augusto IIII. Non. Decembr.

Sigefridus Abbas . . . Lautimbach donat S. Emeramo.

*DCCCLXXVI.* Hemma Regina obiit.

*DCCCLXXIX.* Duo Heinrici capti.

*DCCCCVIII.* Combusta Regina civitas.

*DCCCCXXVII.* Arnulfus & Ungarii pacificati.

*DCCCCXC.* Consilio S. Wolfgangi Altah fuerunt Monachi Henrico Duce.

*DCCCCXCI.* Victi Hungari ab Henrico Duce.

*DCCCCXCIIII.* S. Wolfgangus obiit.

*MII.* Ratisbona exusta. Frater Imperatoris fit Dux Bojorum.

*MXIII.*

*MXIII.* Subitum Diluvium.

*MXX.* Combusta Regina urbs. Henricus fundat veterem capellam & Babenberch.

*MXXVI.* Henricus Dux Bavariæ obiit. Filius Regis Heinricus VI. succedit.

*MCLXXVIII.* Otto Comes de Steving.

*MCLXXIX.* Gebhardus Comes de Sultzbach Advocatus Ratisponensis Ecclesiæ. Fridericus Palatinus Comes de Mosburg.

*MCLXXXIII.* Henricus Comes de Altendorf, Almannus de Abensperg, Eberhardus de Abensperg, Rapoto Comes de Ortenberg.

*MCXC.* Barnabæ obiit Fridericus I.

*MCCIIII.* Chunradus de Welforum prosapia filius unicus Chunradi de Theispach Comitis patrimonium Ecclesiæ Ratisponensi contulit, post Præpositus Frisingensis.

*MCCXLI.* Albertus de Pewtengew Episcopus Ratisponensis, in Halberstat Canonicus.

*MCCLII.* Wenzeslaus Rex Monoculus obiit.

*MCCLXXIII. Sant Peters Tum verpran zum andern mal mit all Glocken* XII. *kal. May.*

*MCCLXXV.* In vigilia Georgii cœptum ædificium Summi Ratisponensis. Leo Episcopus primum lapidem posuit.

*MCCLXXVI.* Rex Rudolfus venit Ratisponam.

*MCCCIX.* Comites de Hirschberg deficiunt.

*MCCCXII.* Oto Rex Hungariæ Dux Bojorum obiit, reliquit filium XIIII. dierum dictum de Naternberg.

*MCCCXIII.* Nicolaus Cancellarius Imperatoris Henrici fit Episcopus Ratisponensis.

*MCCCXLIII.* Castrum in Stauff obsessum à Civibus Ratisponensibus. Utrinque multi occisi.



# JOANNIS AVENTINI
DE
# URBE BATHAVINA NARRATIUNCULA,
*Ejusdem*:
## EXCERPTA DIPLOMATICA
PASSAVIENSIA,
*nec non*
## LEGES PORTORIÆ BOJORUM,
*unà cum*
## PLACITO HENRICI DUCIS BOJOARIÆ
*De Juribus ad Eccleſiam Bathavienſem in Marca Orientali pertinentibus.*

* * *

*Omnia ex ſchedis Autographis* Viri Summi
*collegit atque edidit*
ANDREAS FELIX OEFELIUS.

---

## Monitum prævium Editoris.

JOANNEM AVENTINUM noſtrum prius quam ſe præclariſſimo Annalium Operi accingeret, & litteris publicis Principum Bojorum munitum, utramque Bojoariam colligendis Monumentis percurriſſe, cum biographi ad unum omnes, tum ipſe de ſe non uno in loco teſtatus eſt. Reſtant Itineris illius Litterarii Monumenta, non quidem omnia, non pauca tamen quæ *Rapſodiorum* nomine, HUNDIO & GEWOLDO Præcentoribus, decantantur. A morte enim civis optimi atque in patriam piiſſimi litteraria ejusdem ſupellex ſenſim diſtracta, partim apud hæredes Ratisponæ delituit atque periit, partim verò ad Diſcipulum *Aventini* OSWALDUM ECKIUM, magni illius LEONHARDI Bavariæ Cancellarii filium, delata, atque Kelhemium primo avecta, dehinc Ratisponam denuo (OSWALDO attritis fortunis ibidem exulante) revecta, noviſſimè in alterius ECKII (cui cum OSWALDO præter nomen nihil commune) JOANNIS videlicet, acerbiſſimi in novatores promachi, Bibliothecam ex parte devênit, in cujus Catalogo MSC. me id legiſſe probè commemini.

Ipſum tamen *Annalium Opus* AUTOGRAPHUM BOJOARIÆ DUCES ſibi vindicârunt, ad quod Exemplar poſtea HIERONYMUS ZIEGLERUS ex Ludimagiſtro Monacenſi Oratoriæ Ingolſtadii Profeſſor, multis reſectis, omiſſisque editionem Ingolſtadienſem adornavit, operam conferente OSWALDO ECKIO, quantum quidem recenti invidia licuit.

*Autographum* hocce *Aventinianum* plura volumina complexum BIBLIOTHECA BOICA adhuc poſſidet exhibètque, poſtquam meâ operâ atque indagine

gine

gine ex rutis cæsis præpotentis cujusdam Trimalcionis ad eandem postliminio rediit, volumine tamen uno alteróve ab udore sitúque non leviter contaminato.

Apparatum autem Operis quod attinet, de quo hîc præcipuè nobis sermo est, is in plura volumina distributus, diversis quibus singula subjacent casibus (r) jactatus, partim intercidit, partim velut è temporum naufragio (r) ad nos enatavit. Multum tamen *Aventinianæ* industriæ veritatis odium expunxit, multum etiam invidia absumpsit, alia, neglexit ignavia, nonnihil & calumnia confixit, & quidquid ingenuis artibus ac bonæ menti infensum esse solet, infestum dentem exercuit. Non contemnendam tamen thesauri hujus Boici partem WIGULÆUS HUNDIUS possedit, vir doctus, patriæ amans & eorum qui patriæ, tum & divitiarum suarum intelligens à morte viri integerrimi, quæ HUNDII fuerant, in CHRISTOPHORUM GEWOLDUM cessêre doctum & ipsum & rerum patriæ studiosissimum, sed AVENTINO in aliorum gratiam pro reliqua morositate sua iniquissimum. Nam & calumniæ non pepercit & immemor, quam illi omnem ferè paginam AVENTINUS fecerit alicubi (s) in publico scripto *impudenter finxit Aventinum pleraque Historica* (s) *Monumenta suppressisse, ut posteros fugeret, quibus ex fontibus res sententiásque multo uberrimas deduxisset.* (t) (t)

Fuêre præterea, qui spoliatas ab eo Codicibus suis Bibliothecas comminiscerent, quo tutius sub aliena calumnia domesticam ignaviam tegerent, semper iniqui bonis litteris, & dum stertunt & dum excitantur.

E *Rapsodiorum* autem voluminibus, hodie residuis, mihíque usurpatis, non aliud plenius bonæ frugis antiquariæ *Volumine decimo*, quod indefessus ille vir anno MDXVII. per iter satis festino calamo, Altahæ inferioris, Osterhovii & Bathaviæ potissimum collegit, & è quo HERMANNI *Altahensis* & HENRICI *Præpositi Oettingani* Chronica superius in lucem produximus.

*Chronicon* certè HERMANNI, si tum subduxisset AVENTINUS, nulla ratione colligi potest, cur eodem tempore & loco illud describendi onus in se receperit. Et tamen illud ipsum Chronicon cum MAXIMILIANI I. Bojorum Ducis jussu eodem in Monasterio requireret successu temporis GEORGIUS LAUTHERIUS collegiatæ Monacensis Decanus, scriptis nonnullis & auxiliari, quam HENRICO CANISIO præbuit, operâ, memoriam meritus, reperire nullo modo potuit (u), cum tamen eo tempore Bibliotheca antiquissimis adhuc (u) Codicibus Membranis & chartis etiamnum gauderet, quos ferale incendium anno demum MDCLXXI. die XIX. Maji teste Chronographo Haideno absumpsit; ut suspicio non levis oboriatur Monachos, quod à MAXIMILIANO I. Codicum suorum Manuscriptorum catalogos repetitis vicibus (x) expeti cer- (x) nerent, studio occultâsse domestica monumenta, & interim bonum AVENTINUM, jam olim ipsorum animal perpessititium, gravi calumniâ ablatorum Codicum onerâsse. Sed ut in viam, à qua ubique hians & facem requirens Historia nostra litteraria nos abduxit, redeamus, in nova, quæ modo proferimus, Aventinianæ sagacitatis specimina quædam præfari oportet.

Primo loco se offert ejusdem *de Bathavina urbe narratiuncula* ad WOLFGANGUM de TANNBERG Decanum Bathaviensem, quem virum genere & litteris conspicuum laudat BRUSCHIUS (y). Eam ex ipsis scidiis Aventinia- (y) nis atque lituris descripsimus, brevem, supinam nec exasciatam. Sed ut magnorum artificum mutila statuarum membra afficiunt atque delectant artis



(r) AVENTINI Biographus Annalium editioni *Gundlingianæ* præmissus in hanc sententiam de scriptis AVENTINI: *si quid eorum periit, non id culpæ aut negligentiæ Aventini tribui poterit. Sunt aliæ causæ eæq; innumeræ: incendia, perpetuus squalor ac situs, manus nonnullorum rapaces, bella libros sæpe consummunt, & ad paucitatem suorum necessitate rediguntur.*

(s) In Epist. nuncup. ad *Chronicon Monasterii Reicherspergensis.*

(t) Sunt verba *Biographi* à Cl. V. NIC. HIERON. GUNDLINGIO editioni Annalium à se curatæ, præmissi.

(u) Ita enim ille in litteris ad GEWOLDUM, quas vidi: *Perlustravi magna ex parte Bibliothecam Nider-Altahensem;* HERMANNUM & VOIGTERUM *celeberrimos Historicos reperire non potui.*

(x) Annis videlicet MDXCV. & MDCX.

(y) L. II. p. m. 313. *de Laureaco veteri.*

peritos, ita summorum virorum affecta & subitanea scripta. Ejus scripti ab ullo mentionem factam non memini, ne à BRUSCHIO quidem non ita remoto ab iis temporibus (z).

*Narratiunculam* proximè excipiunt EXCERPTA DIPLOMATICA PASSAVIENSIA, magnam partem ex *Membranis authenticis* desumpta, id quod delineata ad oram Monogrammata indicare videntur. Plurima etiam ex PHILIPPO TANTZERO excerpsisse ingenuè fatetur, quo homine sanè non indiligenti, amicissimo usus est AVENTINUS. Ejus tamen hodie memoria altè cum ipso sepulta nec cum ipso duntaxat sed & cum lucubrationibus suis quarum nullum jam præter quam in his AVENTINI Excerptis vestigium superest. Scripsit autem *de rebus Bathaviensibus* ex fide diplomatum, *Chronicam Ratisponensem* & nonnulla ad *Nobilitatem Bavaricam* pertinentia, quorum omnium in *Decimo Rapsodiorum* suorum AVENTINUS meminit; quo loco & ab Episcopo Passaviensi WIGULÆO quædam communicata secum fuisse gratus memorat. * Viderant ante nos Excerpta ista HUNDIUS GEWOLDUSque; ille quidem fugaci sed amico ac benigno oculo; hic vero acutiori sed inviso ac torvo, puto, ut fascinum effugeret, & quod tum præclarum haberetur mortuo Leoni barbam vellere. Quam enim illud procax atque putidum, AVENTINUM, quod *Altmannum* Episcopum Bathaviensem, antiquario illo suo & obsoleto stilo *Sacrificulum Cæsaris* appellârit, piorum cœtu eximere & maledicto jurgii petulantis *Hæreticum* exclamare.

* fol. 63. b.

Sed GEWOLDUS quidem hanc noxam præclaris & eximiis meritis redemit.

Cæterum, ut semel manus ab hoc ulcusculo removeamus, consultum nobis visum est ipsos rivulos, unde hi areolas suas irrigârunt detegere, & ut ut fluant subinde lutulenti, pristinis periculis una operâ eripere. Disposuimus autem, quoad id fieri potuit, temporum ordine serieque, pro comodo utentium. Denique alia duo quantivis pretii monumenta eodem in volumine latentia adjecimus, LEGES PORTORIAS BOJORUM & PLACITUM HENRICI DUCIS BOJORUM *de Limitibus Ecclesiæ Bathaviensis*, quorum tamen neutrum integrum existimamus. *Leges Portorias* certè Libro IIII. Annalium (a) retulit AVENTINUS, alicubi pleniores istis quas modo ex ipsius schedis proferimus. Sed nos actum non egisse videbunt, quibus inter se conferendi otium aut necessitas fuerit.

De utilitate ex adverso ejusmodi fragmentorum prolixius agere illud verè sit actum agere & solem faculâ illustrare. Istud tamen in præsens prætereundum non est *Illustrem* JOANNEM PETRUM LUDEWIGIUM Antiquitatum Diplomaticarum Germaniæ Statorem maximum, inter eos, *qui libros suos ad Historiam Sacri Rom. Imperii facientes instruxêre Diplomatibus, primum locum* tribuêre JOANNI AVENTINO, *qui non solùm legit* ( sunt verba Illustrissimi Cancellarii ) *consuluítque in Annalibus Diplomata ex iísque vulgares Historicos correxit: sed etiam in Chronicis singularibus Cœnobiorum* SCHYRENSIS *atque* OETINGENSIS, *Carolingici ævi & sequentium temporum Diplomata verbatim descripsit exhibuítque.*

---

(z) In Peroratione *Libr. II. de Laureaco Vet.* ubi eos recenset, quorum ope & subsidiis in conscribendis rebus Bathaviensibus usus fuerat.

(a) p. m. 479. edit. Ingolst. 1554.



I. *Joan-*

# I.

# *Joannis Aventini de Urbe Bathavienſi Narratiuncula.*

*Clariſſimo atque humaniſſimo Viro Domino* WOLFGANGO *de* TANNBERG, *Jureconſulto, Decurioni Bathavino, Eruditorum Patrono, Domino ſuo*

JOANNES AVENTINUS.

ECce tibi Sapphicon, Here præſtantiſſime! ac de Bathavina urbe narratiunculam, quæ mihi rudia jam exciderunt. Nihil aliud in præſentia ſuppetebat, quo virtutibus heroicis, humanitati, comitati, liberalitati animum meum vadarem atque devotiſſimum propalam & clarè demonſtrarem. Opto, id eo animo acceptum iri, quo à me exhibetur: Nec enim me continere potuì quin ( ut gratum decet virum ) alio quo ſaltem leviuſulo Xenio, etſi non reſponderem, attamen memorem fore declararem ſignificarémque. Vidi ego hiſce oculis illud antiquiſſimum hoſpitii jus, genúſque etiam à Divo Paulo commendatum, & ob quod majores noſtri à graviſſimis rerum Scriptoribus, ſummoperè laudantur. Ita enim cunctis hoſpitibus invitatis & ultro oblatis juxta fores quotidie parent. Taceo favorem & munificentiam in doctiſſimum quemque, prætereóque lubens ſplendorem & vetuſtatem Familiæ Tanbergiæ, quam ego quoque apud Divum quoque Fridericum Primum, (quem Barbaroſſam vocare ſolent) clariſſimam fuiſſe compertum habeo. Sed de his alias erit comodior ſcribendi locus. Nunc ( ne juxta frequens adagium Prologus longior fiat fabula & noctuas portem Athenas ) ad rem veniam quam paulò altius à ſumma origine repetere ( niſi compendio, ut in Proverbio veteri eſt, morari velim ) neceſſe eſt.

## TANNBERGIÆ FAMILIÆ D. D.

*Phœbe Germana celeber ſub aula*
*Linque deſertas Heliconis oras*
*Thure te multo & precibus vocantem*
*Transfer ad Hyſtrum.*
*Tu ſoles Heroa ſacrare Muſis*
*Laude tu dignum perbibes vetásque*
*Emori, noſtro nihil orbe poſſis*
*Viſere majus.*
*Multa Bojorum generoſa virtus*
*Regiam, ſacros decorat larésque*
*Tannobergorum micat inter omnes*
*Clara propago.*
*Nam tuas Cythi veneratur artes*
*Eruit nummos Latii vetuſtos*
*Et pios vates colit, Eruditos*
*Atque Poëtas.*
*Vivat extento rogitamus ævo*
*Notus in Doctos animi paterni*
*Túque cum Muſis Viridem Patrono*
*Necte coronam.*

* * *

(b) BOij (uti eſt apud Eratoſthenem (b), Strabonem, Cornelium Tacitum) antiquiſſimi Germaniæ magnæ populi ( ut qui genus ſuum ad Herculem Alemannum referant ) primum habitârunt in Hercynia ſylva, à quibus adhuc Boiemia nomen ſervat. Hi igitur oportunitate loci commoti munimentum urbémque condiderunt in peninſula quam Danubius Ænúſque, qui ibi confluunt, faciunt: à ſéque Bojodurum(quod noſtra eſt lingua Bojorum turris) cognominârunt. Ita quoque eam urbem à Claudio Ptolomæo Coſmographorum facile Principe & Antonino Pio ex partium, ſegmento-



(b) Bonus etiam *Aventinus* inter primos ſibi fucum fieri à Viterbienſi illo nugatore paſſus eſt; nec mirum ſi in ardenti illa Antiquitatum ſiti Latices à Lacunis non diſtinxit.

gmentorum paſſuúmque ſupputatione vocari comperio. *Retinet adhuc rivulus ultra Oenum ab ea urbe cognomen corrupto tamen aliquantulum ſono, ut fit vetuſtate.

Ea regio, quæ intra Oenum Lycum Danubium amnes includitur, à veteribus Vindelicum vocatur. Ita enim Ptolomæus ſcribit, & vetus monumentum lapideum, quod Ratiſponæ inveni, oſtendit, & quod ad faciendam fidem ſubſcripſi:

D. M.
Ǝ MEMORIAE
MISSERRIMORM
VINDELICIS
PR MOCENIAN
Ǝ VICTORI
Ǝ VRE FIL
VINDEL. SVRINVS
INFELIX PATER FC.

Eam regionem Octavianus Auguſtus per propinquos ſuos Tiberium & Druſum ſubegit, ac in Romanam redegit Provinciam; Anno quinto decimo ante natum Chriſtum (uti Euſebius & D.Hieronymus annotârunt) Deinde Romanus populus in eam Colonias deduxit, & Romano milite Ripam Danubii meridionalem opplevit, ut Germaniæ magnæ populi tranſitu fluminis arcerentur. Nam Rhenus & Danubius, limites Romani fuêre imperii, unde Claudianus Poeta:

Prominet Hercyniæ confinis Rhetia ſylvæ
Quæ ſe Danubii jactat Rheníque parentem
Utraque Romuleo prætendunt flumina regno.

Romani itaque hanc provinciam per Præſides usque ad annum ferè Chriſti D. gubernârunt, quemadmodum in Annalibus Bojorum latiſſimè enarrabo.

Romani igitur, ut regionem illam ſubjecerunt ita Bojodurum quoque ſuis militibus inhabitandum tradiderunt: Erat ea tempeſtate Germaniæ gens omnium Bellicoſiſſima Bathavi nomine, cujus auxilia opémque Romani publico ſtipendio contra Germanos, (quemadmodum noſtro ævo à Gallo Rege Suitones ſeu Suiſſenſes mercati ſunt) emerunt, eorúmque militum in Bojoduro ſtationem fecerunt, à quibus urbs poſthac à Romanis Bathavorum urbs ſive Bathavia vocari cœpta eſt, & à Romanis ita poſſeſſa eſt quingentis ferè annis. Extat ibi hoc Monumentum:

D M.
F AVSTINI
ANO Δ VE cTI
ILLYR ◁ VIL
INGENVS
FIL ET FELIX
T Δ SC Δ EX Δ VIK
EIVS ◁ B Δ M Δ P Δ P.

In æde D. Severini trans Oenum ubi proximè mœnia urbis transœnanæ labitur rivulus *Peuterpach ſive Poitra dictus, ubi olim Cœnobium D.Severini Norici. Ibidem ejus adhuc templum, plura Sacerdotia ut Cœnobium poſſidet. Augetur ſæpius rivulus ſuperior ac intumeſcit.

Circiter annum Chriſti CCCCLVI. uti ſcribit Eugippius, venit ad eandem urbem Divus Severinus Noricus, qui ibidem Cœnobium extruxit in eo loco, ubi adhuc ejus templum extat.

Quandoquidem verò ea tempeſtate ob Imperatorum ignaviam, qui tum CPoli Aſiatico luxu perditi græcis munditiis torpebant, occidentale Imperium negligebatur, militésque limitum cuſtodes ſtipendiis defraudabantur, nec in demortuorum locum alii ſufficiebantur, ita paulatim diminuto Ripariorúmque militum numero, Germani crebro flumine indiligenter cuſtodito tranſibant, igne ferro præda omnia devaſtabant, Romanos captivos uti pecora in Germaniam abducebant, uti noſtra tempeſtate Turcas facere meminimus. Quintanorum urbis incolæ hâc calamitate moti ex urbe ſua communi ſuffragio Bathaviam migrant rati duarum urbium partes conjunctas facilius poſſe reſiſtere Barbaris irruentibus.

Demum circa annum Chriſti CCCCLXX. Divus Severinus Rerum humanarum divinarúmque ut quiſquam illa ætate eſſe poterat conſultiſſimus, urbi inevitabile fataléque imminere periculum prædicit, ac cives hortatur, ut ſecum Laureacum deſcenderent omiſſa Bathavia.

Quod quia à pleriſque ut vanum timidi vatis omen atque commentum irrideretur, ipſe cum paucis urbe diſcedit Laureacumque navi devehitur. Vix Laureacum ingreſſus erat Chunimundus ac Gibuldus Reges Suevorum adſunt (Suevi enim tum adhuc in Bojemia habitabant, uti etiam Lucanus teſtatur.

Fundit ab extremo flavos Aquilone Suevos
Albis)

inſidiis civitatem capiunt, cives Sacerdotes in templo trucidant, mœnia ſolo æquant, urbem diripiunt ac incendunt. Manſit itaque deſerta plus quam ducentis annis.

Demum anno Chriſti DVIII. Bojorum gens cum Suevis Duce Theodone Primo, veteres ſedes, quas in Germania diu tenuerant, relinquunt, ex Germania magna tranſito Danubio Romanas Provincias occupant; Suevi quicquid ſuper Lycum verſus occidentem, Boij verò infra Lycum uſurpant. Ibi tum cæteræ urbes Romanorum deſtructæ ſunt ac ſubæquatæ. Ipſæque Romanorum reliquiæ interfectæ hisque regionibus omnino exactæ ſunt.

Sedes verò Suevorum Bojorúmque relictas occupaverunt Venedi, qui & Sclavi duce Zechone Crocóque, quas adhuc retinent.

Demum anno Chriſti DCCXLI. Utilo Dux Bojorum urbem Bathaviam de integro inſtaurat, Epiſcopúmque ibi inſtituit, eóque Vivilonem Archiepiſcopum Laureacenſem

cum

cum Canonicis & Monachis ex Laureaco, ob crebras Hunnorum irruptiones transfert, ut Aronulphus in Diplomate ſuo, quod dedit, Winchingo Epiſcopo Bathavino narrat. Hujus filius Theſſolonis Sanctum Valentinum de Tridento Bathaviam transtulit conſilio Aribonis Epiſcopi Friſingenſis.

Anno Chriſti DCCCXCIX. Arnulphus Imperator tradit Winchingo Epiſcopo Bathaviæ Cancellario ſuo urbem Bathaviam, cum omnibus quæ ad Fiſcum ſpectabant.

Anno Chriſti DCCCCLXXIII. Mortuo Ottone Magno Henricus Dux Bojorum, Pater Sancti Henrici ambit Imperium, résque novas molitur, Ottoni ſecundo dicto audiens eſſe ſpernit. Oto igitur arma in Bojariam movet, Henricum Ducem Patruelem ſuum, graviſſima obſidione in urbe Patavina cingit, ac tandem vi in deditionem coëgit, captúmque Henricum perpetuo ad Treverorum Auguſtam in exilium relegat, Pilgrino Epiſcopo Patavienſi, quod partium Ottonis fuerat, ipſe urbem, quæ modo Anaſſus vocatur, donat ſancitque edicto, ut omnes poſthac Epiſcopi Bathavienſes & ſint & nominentur Archiepiſcopi Laureacenſes.

---

# II.
# *Joannis Aventini Excerpta Diplomatica Passaviensia.*

## DCCCII.

IN N. S. & individ. Trin. Karolus Dei gratia Imperator Auguſtus, confirmat Waldariæ Bathavienſi Epiſcopo donationem Theſſolonis Bajoariorum Ducis quam fecit Cœnobio Chremiſa, quod extruxit à fundamentis Salvatori infra Waldam, inquit, noſtram in loco Chremiſa vocato Trungowe Sulzbach, Siebach, Liubinlinbach inter duo flumina Ipphas Taluip Sparuna exactores Tödicha fluvius, Sirmicha fluvius Eporaſtal, Pettinbach, lacus Albinæ, Allinchova, Aſchaha Rotala :::: Signum Domini Karoli invictiſſimi Imperatoris. Erchanbald Notarius ad vicem Radoni Archicapellani recognovi. Data in menſe Majo Indict. IIII. anno Domini DCCCII.(c) Anno regni noſtri XXI. Actum Aquisgrani palatio feliciter in Dei nomine Amen.

*Avent. Rapſod. T. X. p. 64. in Collectan. Patavienſibus.*

## DCCCXVI. (d)

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Ludovicus Dei favente Clementia Rex Reginario Epiſcopo & Templo Bathavienſi Divi Stephani, ubi S. Valentinus requieſcit, in Provincia Avarorum donat Chirchpach templum territorium ad centum Manſos faciendum & plus. Termini ab ſemita una ad locum, qui dicitur tumulus cum circuitu usque Chirichbach & ad Marcam Theoterii in ſurſum usque Chumenberch Ratbodus Comes Annoni Chorepiſcopo adſignat (e) *Ita ut anno Chorepiſcopus atque anno nepos ejus quoad vixerint, poſſideant & fruantur poſt illorum mortem integraliter ad Eccleſiam Patavienſem revertantur.* Adalleodus Diaconus ad vicem Grimoldi recognovi. XIIII. kal. Martii anno à Chriſto propitio tertio regni Ludwici Regis in Orientali Francia, indict. III. actum Oſtrohova palatio regio. in Dei nomine feliciter Amen.

*Avent. Rapſod. T. X. p. 65. b. qui multum ſe torquet in conciliandis inter ſe annis regni & indictionis cum Era communi.*

## DCCCXXIII.

In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Ludwicus Dei ordinante Providentia ſemper Auguſtus. Refert, quod Carolus genitor regnum Hunorum ſuæ ditioni non ſine magno præliorum labore ſubjugârit, homines illius regionis Chriſtiano cultui mancipavit, & in eo multa templa renovare & à fundamentis extrui curavit, motus tamen ob devaſtationem Bathavini Epiſcopii & inopiam (f) quædam dederit templo D. Stephani Bathavii, ubi quieſcit S. Valentinus corporaliter, ibi tum Waldericus Epiſcopus, hoc eſt in provincia Avarorum locum quemdam, qui Lithah vocatur juxta fontem *Sconbrunnon*, quem habuit cum omni Theodericus in ſua poteſtate & in terra Hunorum Zeiſſenmurum, Treiſman Wachowani, Pelagum, Haerdin Riede (g) Aſpach, Wolueswanch Elaffa & in Artagram Baſilicas duas: & in Saxina Baſilicas duas, poſteaquam, ſubdit, Genitor meus Carolus obiit Marchiones ejusdem pro-

---

(c) Variè mutavit *Aventinus*, repoſuit enim deletâ hâc numerica annum 812. & 781. cui Hundius annum 789. minio ſubſcripſit in Cod. MS. unde hæc excerpſit. In rebus Walderici P. I. Metrop. p. m. 195. meritò dubitat, an æræ Chriſtianæ annus in autographo Aventini expreſſus fuerit. Inconſtantia numerorum facit, ut & ego dubitem; nec etiam Epochæ ullo modo inter ſe conveniunt.

(d) Computat. ad an. III. Ludovici juxta Cl. V. DANIELIS KOELERI Director. Chronolog. Diplomat.

(e) hoc loco Hundii manus in marg. ex alio haud dubie apographo ſequentia verba, usque ad *revertantur* adſcripſit, hic inſerenda.

(f) *Avent. in marg.* In alio: partim ignavia cujusdam Bathavienſis Epiſcopi partim avaritia Comitum.

(g) erat ſuperius ſcriptum eadem manu *Krede*.

provinciæ de Episcopatu . . . . . . sibique subdere conati sunt. Cum autem Reinharius (h) Episcopus factus esset, devitans discordiam & litem, Gotfridum Marchionem & judices illius provinciæ in nostram præsentiam fecit venire, ibi ait se justa lege & judicio populi juxta traditionem addixisse loca illa Bathaviensi templo confirmat, ut precatus Episcopus Zeissenmurus cum tali marca ut Karolus pater decrevit, hoc est ab illo castello in orientali plaga, usque ad pendentem lapidem in ora montis Comageni (i), & in Australi ad Chunihostetin, in Occidentali autem usque ad acervos sitos inter Tullanam & ipsum castellum, & ultra Danubium ad Trebense, & exin ad Mochinleo usque ad Czinburch & Treisma cum omni integritate sylvæ Wachowa.

Signum Hluduuici piissimi Imperatoris



Symeon Diaconus & Cancellarius ad vicem Fridegisi Archicapellani recognovi & subscripsi. Datum anno Dominicæ incarnationis DCCCXXIII. Indict. I. IIII. kal. Julii. regnante Domino HLudovico años X. feliciter Amen. Actum Franchonofurt in Dei nomine Amen.

*Aventin. Rapsod. T. X. p. 65. a. In Collectan. Pathaviens.*

## DCCCXXIX.

In Dei nomine & Salvatoris nostri Christi HLudovicus Dei ordinante Providentia Rex Bajoariorum, dirimit litem inter Adalramum Juvavensem Archiepiscopum & Reginharium Episcopum Bathavinum super Parochia, quæ adjacet ultra Comagenis montes, ille dicebat, Arnonem suum decessorem habuisse & ibi prædicâsse. Hic pertinere ad Ecclesiam Bathavinam. ita rem componit, ut Reginharius occidentalem partem Sprazæ amnis ubi exoritur, & in aliam Sprazam cadit, & ipsa in ripam fluit: ille verò in Orientali & Australi parte teneat prædictarum aquarum, ita perpetuo observare. Regansburch anno Christi DCCCXXIX. anno XVII. HLudovico Imperatore filio ejus Ludowico regnante in Bajoaria anno V. XIIII. kal. Decembr. Luna XVI. indict. VIII. Angelmarus ad vicem Gozbaldi scripsi & rescripsi.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 68. a. Hundius meminit in Gestis Reginarii P. I. Metrop. p. m. 197. & Aventinum fol. 387. Annal. Bojor. lapsûs arguit.*

## DCCCXXXI.

Lhudovicus div. fav. gratia Rex Bojoariorum Hunrocum presbyterum in procerum præsentia manu sua propria excutiens à manu ejus denarium manumisit in Pago Quinzingew Ad Unruochespergk donat quædam regia mancipia cum templo. Adalleodus Diaconus ad vicem Gozbaldi. XVI. kal. April. anno XX. Domini HLudovici Serenissimi Augusti anno VII. regni nostri Reginesburch.

Signum Lhudovici gloriosissimi



*Aventin. Rapsod. T. X. p. 68. & ad hunc annum exputat.*

## DCCCLXVII. (k)

In N. S. & individ. Trin. Ludovicus Divina favente gratia Rex. Ad petitionem Hartwici Episcopi Albrico Chorepiscopo inter Raba & Chuomberch decem mansos dat ad Nuzbach, qui conjacent intra Alode Amalgeri & Watilonis & ad Odinburch & ad loca ubi montana incipiunt extolli. Hebarbardus Notarius ad vicem Witgarii recognovit. IX. kal. Octobr. XXVIII. regni in orientali Francia, indictione VIII. Actum Hostermontingen.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 66. in Collectaneis Passaviensibus meminit Hundius l. c. in vita Hardovici p. m. 197. sed obiter.*

## DCCCLXXVI.

In nom. S. & indiv. Tr. Carolomannus Divina favente Clementia Rex Wermolfo Presbytero dat quatuor Hubas in pago Trungowe comitatu Arbonis Comitis loca Walahavelt.

Madalwinus Notarius ad vicem Baldonis Cancellarii recognovi III. Non. Novembris anno Christi propitio, primo regni Domini Carolomanni Serenissimi Regis Bajoariorum. Actum Reganespurch civitate regia indictione IX. in Dei nomine feliciter Amen.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 66. b.*

## DCCCLXXXV.

In nomine S. & individ. Trin. Karolus (l) D. fav. Clem. Imperator Augustus. Si locis divinis cultibus mancipatis aliquid emolumenti contulerimus præsentis vitæ prosperitatem à Deo nobis donari credimus, & æternæ vitæ beatitudinem consequi non dubitamus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum industria, qualiter nos ob amorem Dei ac pro remedio animarum parentum nostrorum genitoris & genitricis nostræ, fratrum sororúmque nostrarum, ac pro nostra & conjugis nostræ æterna remuneratione nonas (m) de curtibus nostris subter nominatis omnium

(h) *Avent.* inter lin. *Ragenarius.*
(i) in marg. *Comagenus Mons. Cronberg.*
(k) juxta calculum directorii chronol. & diplom. *Koeleriani.*
(l) Tertii fratris Carolomanni *al.* Crassi.
(m) GEWOLDUS in add. ad Hund. P. III. m. 42. *novas res* sed malè. exactius hic omnia ex AVENTINO.

nium rerum nostrarum, ad capellam, quæ sita est in villa, quæ dicitur Ottinga, perdonavimus. Id est de Uveles, de Aternhova, de Matachova, de Rantesdorff, de Muninga, de Suvindilenbach, de Otingen, de Ostermundingen, de Saltzburchone, de Salina, de Atilla, de Osteinhova, de Dingolvingan, de Liuchingan, de Incingan, de Peringan, de Chieminchhove, de Veldan, de Helsendorff, & nonam partem Mutæ ad Rantesdorff & Tabershaim, ideóq; hos nostræ auctoritatis apices inde conscribi mandavimus, per quod decernimus atque omnino sancimus, ut præfatæ res ad præfatam capellam deinceps securiter atque inviolabiliter permaneant, nullo unquam successorum nostrorum eas interrumpente. Et ut hæc largitionis nostræ auctoritas firmior habeatur manu propria subter eam firmavimus, & annuli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum Karoli Serenissimi Imperatoris Augusti.



(n) Amalbertus Notarius (n) ad vicem Liutwardi Archicancellarii recognovi. Datum VIII. kal. Sept. anno Incarnationis Domini DCCCLXXXV. indict. III. Anno Imperii piissimi Imperatoris Karoli in Italia quinto, in Francia quarto, in Gallia primo. Actum apud Vueibelingam in Dei nomine feliciter Amen.

*Avent. Rapsode T.X. p. 64. b. Gewoldus l. cit. inseruit. exactius hic exhibemus. Edidit Aventinus in libello de Otinga, qui nobis nunc non ad manus; tantæ autem raritatis est, etiam inter nos, ut non nisi rarissimè se offerat, etiam quærentibus. Diplomata, quæ ibidem leguntur, Aventinus ante in hoc decimo Rapsodiorum suorum volumine collegerat.*

## DCCCLXXXVIII.

Arnulphus Dei ordinante Clementia Rex dat Snelhardo Abbati * tres Hubas juxta rivum Scaaha in Comitatu Arbonis, quas . . . Sclaui prius tenuerunt. kal. April. DCCCLXXXVIII. regni I. Ad Monasterium S.Floriani. Datum in pago Trungaw. in Bajoaria Neuhoven Floriani.

* vid. ad an. seq.

*Aventinus Rapsodior. T. X. p. 60. a in Collectaneis Passaviensibus.*

Idem Imperator dat, ut rogârat Snelperoni Abbati Monasterii Chremisa constructi in honore Salvatoris nostri in perpetuum, quod ante in beneficium habuit Nezzilpach in comitatu Aribonis in pago Trungew juxta rivum Chremisa. Aspertus Cancellarius ad vicem Theotmari Archiepiscopi recognovit. Non. Jan. DCCCLXXXVIII. indict. VI. regni I. Regina civitate.

*Avent. loc. cit. p. 63. a.*

Idem ob salutem & memoriam patris Carlomani Serenissimi Regis & avi Ludovici piissimi Regis quasdam res proprietatis suæ sitas in Bojariæ partibus Troungew ad Monasterium Chremisi à flumine ejusdem nominis ibi fluentis sic dictum in honore Salvatoris Domini nostri Jesu Christi constructum perpetuo dat. Nwnhoven forestariis venatoribus, quorum Princeps Fundimül vocatur, excepto quod Burtbardo fideli nostro & Snelloni ejusdem Monasterii Abbati donatum. Aspertus Cancellarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognovi. II. Non. Jan. DCCCLXXXVIII. regni I. Regenspurch.

*Avent. l. c. p. cit.*

## DCCCLXXXVIIII.

Arnolfus, rogatu dilectæ conjugis Otæ Abbati Snello in comitatu Aribonis loco Shalaha in villa Oberndorff duas Hubas. Engilpero Notarius ad vicem Deothmari Archicapellani. v. Non. Maji. DCCCLXXXIX. regni II. Actum ad Novam Ecclesiam. *

* in marg. Newkirch.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 63. b. & denuo p. 67. a.*

Idem Rex dat ob preces Comitis Adalhardi Engilfrit homini illius in comitatu Chuomberti in pago Tunahgowe in villa Wolfnersdorff hubam unam. Post mortem pastoris in jus & potestatem Monasterii S. Mariæ Bathaviæ constructi redigatur; Signum Arnulfi piissimi Regis. Aspertus Cancellarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognovi. VI. Id. Febr. A. D. Incarnat. DCCCLXXXVIIII. Indict. VI. Anno primo regni Domini Arnulfi piissimi Regis. Actum civitate regia in Dei nomine feliciter Amen.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 67. a.*

## DCCCXC.

In nom. S. & indiv. Trin. Arnolfus D. f. Clementia Rex, dicit se ob memoriam Parentum suorum ad Monasterium Otingas, quod ipse pater suus in honore S. Mariæ Matris Dei & S. Philippi à fundamentis extruxit, & aliud Monasterium Monachorum præsit Purghart Snello * unus cunctis diebus vitæ suæ duobus Monasteriis. Aspertus Cancellarius ad vicem Diothmari Archicancellarii. v. Idus Jan. DCCCXC. regni III. ad Otingas Curte Regia.

* vid. ad an. præced.

Ex illarum litterarum tribus versibus obliteratis intelligitur crebro Monasteria duo solitos unum eligere Abbatem & utrosque fratres convenisse ex utrisque Cœnobiis ac Monasteriis ad eligendum Abbatem.

*Aventinus Rapsod. T. X. p. 60. a. In Collectan. Passav. ex Philippo Tantzer.*

Idem Rex Engelmaro Episcopo in Marca Grasamarisaha mancipia dat. Aspertus Cancellarius ad vicem Theotmari Archicap. XVIII. kal. Maji. DCCCXC. indict. VIII. regni Arnulfi invicti Regis III.

*Avent. loc. cit. p. 67. a.*

## DCCCXCII.

In N. S. & individ. Trin. Arnolfus divina ordinante Clementia Rex proprietates suas

Uuuu

(n) Avent. in marg. *Is Episcopus fuit Vercellensis.*

suas in pago Trungowe loco Rorbach cuidam Tiethardo datum, quod ipse Apostata regnum deprædavit, id S. Floriano dat. Engilpero Notarius ad vicem Thiotmari Archicapellani recogn. xv. kal. Martii DCCCXCII. regni Arnulfi V. Otinga curte regia.

*Avent. Rapsod. T. X. p.62. b. inde Hundius obiter meminit in rebus Engelmari l. c. p. m.* 191.

Idem ob recordationem Antecessorum suorum Regum videlicet Francorum & Bajoariorum & suam, Martyribus Stephano & Valentino, Engilmaro Episcopo Bathaviensi mancipia dat octo. Engelpero Cancellarius ad vicem Theotmari ix. kal. Jul. DCCCXCII. indict. xi. regni vi. civitate regia.

*Avent. loc. cit. p. 67. a.*

## DCCCXCVIII.

Arnulfus Div. fav. Clem. semper Augustus pro prædio in Italia posito, quod dicitur summus lacus Monasterii Otinga nuncupati ad Episcopatum Bathaviensem jure perpetuo pertinentis, dat Ruite Otingensi Ecclesiæ oportunius sitam. Engelpero Notarius ad vicem Wichingi Episcopi recognovi. xiiii. kal. Sept. DCCCXCVIII. regni XI. Imperii IIII. Datum ad Rantesdorf. *

* hodie *Ransboven.*

*Avent. Rapsod. T. X. p. 63. a. integrum exhibuit Hundius l. c. p. 233. qui refert ad annum Imperii III. Eundem annum habuit & Aventini excerptum, sed postea delevit & IIII. reposuit. Idem & deleto* RATENSDORF, *Rantesdorf reposuit, & Monogramma Arnulfi appinxit.*

Idem Arnulfus regni XI. Imperii III. Dat Engilmaro Episcopo Bathaviensi aream Bathaviæ. Regina civitate Id. Decembr. DCCCXCVIII. Wichingus Cancellarius ad vicem Theotmari.

*Avent. l. c. p. 68. a.*

## DCCCXCIX.

V. Idus Sept. indict. I. Arnolfus tradit, regni anno XI. Imperii III. & donat urbem Bathaviam Wichingo Archiepiscopo Bathaviensi cum integro Theloneo. Ex tabulis donationis.

Eo anno precibus Wichingi & Isingrini Comitis donat Arnulfus ad capellam Rantersdorff Divo Pancratio duo jugera ad utilitatem servorum Dei. Non. Febr.

*Avent. fol. 51. a.*

Idem Imp. Augustus Velda conjugi Ottæ conatum ejus consensu dat ad Otingam quam Pater Karlomannus D. Philippo dedicavit ad opus fratrum ibi Deo servientium diu noctúque, quæ Dioturus tenuit in pago Isanahgowe comitatu Gumpoldi in locis Rota Ludaheimmo & in Veldaro marcho ad Filisa & Lazzaha Luizzinpach. Engilpero Notarius ad vicem Theotmari Archiepiscopi recognovi. vi. Non. Jul. DCCCXCIX. Indict. II. anno regni piissimi Regis Arnulfi XII.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 67. a.*

## DCCCC.

xiii. kal. Febr. Ludovicus primo anno regni sui donat Monasterio Floriani civitatem Anesum in ripa Anesi precibus Richarii Præsulis Bataviensis.

*Fol. 51. b.*

In nom. S. & individ. Trin. Ludovicus D. fav. Clem. Rex, ait Rihharium Bathaviensem Episcopum per quosdam proceres suos & Adalberonem Antistitem & studiosissimum nutritorem suum Waltonem Frisingensem Episcopum, nec non Luitbaldum Inlustrem Comitem dilectum propinquum suum, aperuisse lamentando damna inlata sibi à paganis circa Monasterium S. Floriani improvisa impugnatione, deprecatus ut civitatem illam (quam fideles, inquit, nostri regni pro tuitione patriæ unanimiter contra communes Christiani nominis persecutorum insidias noviter in ripa Anasi fluminis in proprio jam dicti Martyris partimque in terra præfecturæ territorialis statuentes construxerunt, ad prædictum Cœnobium traderemus, ubi ipse corporaliter quiescit, donat, firmat, tradit in Aquilone Danubii ad dictum Monasterium, quidquid habuit Perahart.

Signum Domini Ludovici piissimi Regis. xiiii. kal. Febr. DCCCC. Indict. iii. regni primo.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 65. In Collect. Passaviens. unde retulit Hundius in Metrop. P. I. p. m.* 198. *quin tamen fontem salutare in animum induxerit, in animum induxerit, id quod post ipsum Gewoldo quoque, qui & ipse Aventini laticibus antiquariam sitim levavit, familiare fuit, nisi quod Gewoldus injuriis non abstinuerit, turpius autem est, fontem unde hauseris, inquinare, quam eundem non coronare.*

## DCCCCIII.

In N. S. & individ. Trin. HLudovicus gratia D. concedente Rex dat ob interventum Waltheri & Purchardi Episcoporum & cæterorum consultu Principum astantium, in pago Isanahgowe in Comitatu Gumboldi ad Frehinsdorff secus amnem Tuisstada ad Mejorespach, quatuor hubas, quas Ermprecht, Diethelm Unruoh, Rudher habent. Engelpero Notarius ad vicem Diethmari. II. kal. Aug. DCCCCIII. regni HLudovici IIII. Actum ad Otingas curte regia. (o)

*Aventinus Rapsod. T. X. p. 59. b. in Collectaneis Passaviensibus.*

In N. S. & individ. Trin. Ludwicus Dei largiente gratia Rex, narrat, quod Aerbo Comes & Engilmar Purchardi Episcopi Bathaviensis Vasallus rogârunt, quatenus Sacerdotibus Bathav. darent Althovn, Matahagaw, Ostarnaha, Pollinga, Prama. Engil-

(o) in marg. Avent. *Papo Comes Isangrinius Comes Rantesdorf.* fortè testes.

Engilpero Notarius ad vicem Theotmari Archicapellan. recognovit & subscripsit. II. Id. Aug. DCCCCIII. regni Ludowici III. ad Otinga curte regia.

*Avent. l. c. p. 61. b. Ex Philippi Tantzer Excerptis, qui etiam refert ejusdem Tomi pag. 65. b. adjicitque memoratis locis:* Gurtana, Lubichchinespach, Pollinga, Hohinhard, Altheim Chorpheim, Hohanstat, Scardinga. *Meminit etiam harum donationum Hundius in Metrop. in rebus Burchardi Episcopi. p. m. 199. eò etiam pertinent, quæ Aventinus ex alio diplomate, cujus prolixius ibidem meminit Hundius, loc. cit. Rapsod. p. 73. b. excerpsit:*

Anno DCCCCIII. anno III. Ludovici Regis Burchardus Episcopus Bathaviensis & Madavintus ejus Chorepiscopus donârunt libros. Theodorus Malleus de ***

*** effugit verbum.

Quinzingowe, Suenahgowe, Rotahgowe, Trungowe ultra montem Comagenum Niuuinihha, Anedilihha. *Hæc ibi Aventinus, ad Geographiam illius ævi fortè factura.*

## DCCCCVII.

HLudovicus * Divina favente gratia Rex ob preces Thetmari Archiepiscopi, Luotpolt & Isingrim, illustrium Comitum Purchardo Episcopo Bathaviensi ob devastationem Diœcesis à Paganis, confirmat Otingam in Episcopi potestatem. Engelpero Notarius ad vicem Theotmari summi Capellani xv. kal. Julii anno DCCCCVII. Indict. x. anno regni HLudovici invictissimi Regis VIII. Actum ad Sanctum Florianum.

* Arnulfi F.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 68. a.*

## DCCCCLXXIIII.

Otto Dei favente Clementia Imperator Augustus. Ut dilectus Nepos Henricus Bajoariorum Dux rogavit, dat Pilgrino Episcopo Laureaci aream in urbe Ratisbonensi non longè ab Ecclesia Sancti . . . quam ipsius decessor Adalbertus à patruo nostro Henrico Bajoariorum Duce recepit Concambio. Willigisus Notarius ad vicem Ruperti Archicapellani recognovi. III. Id. Septemb. DCCCCLXXIIII. regni XIIII. Imperii VI. Erfasfurt.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 61. b. Ex Philippi Tantzer excerptis.*

## DCCCCLXXV.

Otto Aug. Chremissam Abbatiam donatam ab Arnulfo & Ludovico confirmat Pilgrino precibus Willigisi & Gereonis Archiepiscoporum. Poppo Cancellarius ad vicem Willigisi Archicapellani recognovit. A. DCCCCLXXV. III. Id. Jun. Regni XIIII. Imperii VIII. Erfesfurt.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 61. b. Ex Philippi Tantzer excerptis.*

## DCCCCLXXVI.

IX. kal. Aug. Otto regni XV. Imperii IX. dat Pilgrino Episcopo Pataviensi Abbatiolam intra Bathaviam urbem & Theoloneum.

*F. 51. b. T. X. Rapsod.*

Otto Aug. dat Pilgrino Laureacensi Episcopo Theloneum Bathaviensis civitatis, quod Pater Otto Augustus precario Alberto Episcopo Episcopo Alberto Pilgrini decessori dederat (p). Egebertus Cancellarius ad vicem Willigisi Archicapellani recognovit. XI. kal. Aug. A. DCCCCLXXVI. Regni XV. Imperii IX. Ratisponæ. (q)

*Avent. Rapsod. T. X. p. 62. a. Ex Excerptis Philippi Tantzeri.*

Immunitates Caroli, Ludwici, Ottonis primi Imperatori Ottoni à Pilgrino Bathaviensi Episcopo oblatas confirmat cum Monasteriis, Ecclesiam S. Floriani atque Treisina ad Monasterium S. Hippolyti Tremisa, quæ est in honorem Salvatoris consecrata. Egebertus Cancellarius recognovit &c. *ut supra*

*Avent. loc. cit.*

## DCCCCLXXVII.

Oto intronizat Pilgrinum Episcopum Bataviensem in sede Laureacensis Ecclesiæ, quæ extra muros in honore S. Stephani & Laurentii; ante dissidium & desolationem regni Bajoariorum inter Ecclesiam & Episcopatum sita fuit. Ita omnes Successores Laureacenses sunt & nominantur Pontifices Laureacenses.

*Avent. fol. 51. b.*

## DCCCCLXXX.

Otto Divina fav. Clem. Imperator Pilgrino Mutam & Theloneum per aquas dat. Egbertus Cancellarius ad vicem Willigisi. DCCCCLXXX. Ratiponæ.

*Avent. Rap'od. T. X. p. 61. b. Ex Philippi Tantzer Excerptis.*

Otto perpetuo donat Pilgrino Abbatiolam sui juris, precibus Ottonis dilecti fratruelis Ducis Alamannorum & Willigisi Archiepiscopi. Ratisponæ DCCCCLXXX. Egebertus Cancellarius ad vicem Willigisi recognovit.

*Avent. loc. cit. pag. 62. a.*

## DCCCCLXXXII.

xv. kal. Nov. Oto Imperator confirmat Laureacensi Ecclesiæ & Pilgrimo Wachaw, factum à Ludovico Rege in comitatu Purchardi Reverendi Marchionis. Rogârat Henricus Nepos Dux Bajoariorum.

*Avent. loc. cit. pag. 72.*

## DCCCCLXXXV.

In nomine S. & individ. Trinit. Oto Dei favente Clementia Rex. Ait Pilgrinum conquestum sibi suum Episcopium à Barbaris vastatum, rogatu igitur Matris suæ Theophanæ, nepotum suorum amborum Henricorum Ducum scilicet Bavariæ Carnitanæ regionum, omnes Colonos sitos in



(p) Avent. in marg. *Bruno Nepos Ottonis in proprium habuerat.*

in Marca Luidbaldi Comitis esse liberos jubet, soli Advocato Ecclesiæ parcant. II. kal. Octobris DCCCCLXXXV. anno Tertii Ottonis secundo Babenbergæ. Hildbaldus Episcopus ad vicem Willigisi Archicapellani recognovi.

*Fol. 56. b. T. X. Rapsod. Idem Aventinus eodem Tomo p. 62. a. idem diploma ita excerpsit.* Otto &c. Pilgrino Bathaviensi Præsuli Episcopatus bona in Oriente Barbarorum limini adjacentia, conquesto lædi maximè, interfectione familiæ & direptione præter innumera incendia absque habitatore terra Episcopii sylvescat, rogatu Theophanu matris, Nepotum amborum Henricorum, Ducum Bojariæ & Carynthanæ dat libertate Colonos. *Cætera ut supra.*

## DCCCCXCIII.

Otto D. fav. Clem. Rex Christiano Episcopo Bathaviensi, Monasterium Chremsmynster Ottinga *, Matahse Abbatiam, curtim Ruite donat, confirmat. Hyldebaldus Episcopus & Cancellarius vice Willigisi Archiepiscopi recognovit. VI. kal. Febr. DCCCCXCIII. Indict. VI. anno Tertii Otonis regnantis decimo. Actum Trotmaniæ.

* Avent. add. *capellam.*

*Avent. Rapsod. T. X. p. 62. a. In Collectan. Passav. appinxit in marg. Monogramma Ottonis, argumentum visi diplomatis.*

Idem Otto III. Christiani Bathaviensis Episcopi Ecclesiam premi servitute à Ducibus vetat, eximitque ab omni servitute Hyldebaldus Episcopus & Cancellarius vice Willigisi Archiepiscopi. VIII. Id. Febr. DCCCCXCIII. Ottonis regnantis X. Diaspurgo.

*Avent. l. c. p. 63. a. qui & Monogramā delineavit. Exinde Hundius in rebus Christianni p. m.* 202.

## DCCCCXCIX.

In nom. S. & indiv. Trin. Otto Dei favente Clementia Romanorum Imperator Augustus ob crebras preces Henrici Ducis fidelis nostri & Christiani Episcopi Bathaviensis dat Mercatum, Monetam, Theloneum. Signum Domini Otonis Imperatoris augustissimi.

Heribertus Cancellarius vice Willigisi Archiepiscopi recognovi. III. Non. Januar. DCCCCXCIX. Indict. XIII. Anno Tertii Otonis regnantis XV. Imperii III. Actum Romæ feliciter Amen.

*Avent. l. c. p. 68. ex quo Hundius memorat, integrum exhibuit Gewoldus ad Metrop. P. I. p. m. 242. Authographum vidit Aventinus, & ex eo Ottonis Monogramma depinxit.*

## MVII.

Henricus D. fav. Clem. Rex Christianus (q) Pathaviensis Episcopus. Commutatio Prædiorum (r). Eberhardus Cancellarius vice Willigisi Archiepiscopi recognovi. XV. kal. Maji. MVII. Henrici II. regnantis anno V.

*Aventin. Rapsod. T. X. p. 62. a.*

## MX.

XIII. Non. Maji. MX. Guntherius Cancellarius vice Willigisi Archicapellani Reganespurg regni VIII. Henricus Div. fav. Clementia Rex, ob preces conjugis Chunegundæ & dilectissimi Ducis Hezelini & obsequium devotæ Heilkæ Divæ Genitricis Ecclesiæ * dat partem sylvæ Nordwald in comitatu Adalberonis à fonte fluminis Ultza usque ad terminum sylvæ hujus, ubi separat Bojemiam & Bavariam, & decursum Ultzæ & Rotulæ usque in Danubium.

* in Nidernburg Parthenone.

*Avent. l. c. p. 74. a.*

## MXIIII.

In N. S. & individ. Trin. Henricus Div. favente Clem. Romanorum Imperator Augustus dat in comitatu Henrici Marchionis prædia in orientali regno Herzoginburch, Tulna, Chiemisa Sigemareswert, Wirinemesewe. Guntherus Cancellarius vice Erchebaldi Archicapellani notavi. III. Non. Julii MXIIII. regni XIII. Imperii VI. Babenberg. Signum D. H. Imperatoris invictissimi.

*Aventin. Rapsod. T. X. p. 62. a.*

## MXIX.

Henrici regni anno XVIII. Imperii VI. IIII. kal. Sept. Berngerius Episcopus in Nordwald Ecclesiam Gunthario consecrat Divo Jo. Bapt. Deiparæ Virg. cruci.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 73. a.*

## MXX.

In die S. Theclæ Virginis obiit Heilka amita S. Henrici Imperatoris prima Abbatissa hujus Monasterii (in Nidernburch) sepulta in Porticu.

In templo ibi sepultus Gregorius Episcopus, qui ex Oriente Bathavorum urbem venit ex Ungaria, & ibi Heremiticam duxit vitam.

*Avent. T. X. Rapsod. in Collect. Passav.*

## MXXV.

Chunradus Divina favente Clementia Rex Peringero Episcopo decimationem in comitatu Adalberti Marchionis in orientali provincia in Aquilone Danubii.

Ulricus Cancellarius vice Aribonis Archicapellani recognovi II. Non. Octobris. Chunradi II. Anno II. MXXV. Triburiæ. Testibus: Gisilo & Aribone Archiepiscopo.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 62. a. In Collectaneis Passaviensibus.*

MXLVI.

(q) Notat Aventinus hoc loco ita scriptum in Diplomate novo *Christanus* uti passim alibi. appinxit & Monogramma in marg.

(r) inter lineam: *Cristesdorf, Albarm.*

## MXLVI.

Henrico Tertio Egilbertus Episcopus decessit, Beringerus, Ratmundus Abbas Altanus.

*Avent. loc. cit. pag. 71. b.*

## MXLIX.

In N. S. & individ. Trin. Henricus D. fav. Clem. Romanorum Imperatór semper Augustus ob interventum Agnetis uxoris Engelberto Episcopo Bathaviensi venationem in comitatu Alberti Marchionis inter Sabimich & Tuminicha Amnes. Wintherius Cancellarius vice Pardonis Archicancellarii recognovit. xvi. kal. Julii. MXLIX. Henrici III. Regis Imperatoris Ordinationis XXI. regni XI. Imperii III. Gemundæ.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 62. a.*

## MLII.

Henricus Div. fav. Clem. Rex confirmat Eigilberto Bathaviensi Episcopo Abbatias Chremisa Munstiure, Manseo, capellam Ottingen, Ruite, Anesiburch in Osterichi in loco Chirpach territorium quoddam Ecclesiæ, quæ ad radices Comagenis montis sita est. Winther Cancellarius in vicem Luipoldi Archicancellarii & Archiepiscopi recognovi. xiii. kal. Aug. MLII. anno Henrici III. reg. Imp. Ordinat. XXIIII. regni XIII. Imperii VI. Actum Bazowe.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 62. b. meminit Hundius P. I. p. 203. in ejus rebus.*

## MLV.

Henricus III. Imp. precibus Agnetis uxoris, filii Henrici Regis Quarti, in villis Gewaze Prunnen Chrubach donat, quæ habuit Rachwinus in Palatino placito reus majestatis criminatus & communi omnium judicio capitali sententia damnatus. Wintherius Cancellarius vice Luitpaldi Archicancellarii. xix. kal. Jan. MLV. Henr. III. Regis Roman. Imperii IIII. Ord. XXVII. regni XVII. Imperii IX. Ulmæ.

*Aventin. Rapsod. T. X. p. 62. b.*

## MLVI.

Henricus D. fav. Clem. Secundus Romanorum semper Augustus dat ob preces Agnetis uxoris Regis Henrici filii Eigilberto Episcopo vicum Pomgartin cum omni utilitate, quæ contra Boemos conquiri potest, intra terminos hos vallem Poumgartintal sursum usque ad notas definitas Ungaricorum terminorum, deorsum usque ad prædium Comitis Henrici, exin in directum
(s) usque ad Stratam Lavendinburch (s) ducentem, usque ad prædium Richwini. Wincherius ad vicem Luipoldi Archicapellani & Archiepiscopi recognovi. vi. Idus Julii MLVI. Henrici III. Regis, secundi Imperatoris Ordinatione XXVIII. regni XVIII. Imperii X. Berchtenstain Berchtenstat. (t) (t)

*Avent. Rapsod. T. X p. 62. b. qui monogramma appinxit.*

## MLIX.

In N. S. & individ. Trin. Henricus Dei favente Clementia Rex, Cunizam servam ab Nobili Walthero Domino oblatam libertate donat. Manu nostra inquit excusso de manu illius denario. Gebehard Cancellarius vice Luipoldi Archicancellarii recognovi. kal. Sept. MLIX. Henrici IIII. Regis Ordinationis V. regni II. Tribense.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 62. b.*

Idem Imperator Agnetis matris petitione dat S. Hypolitho tres mansos regios in Mandeswerde infra Schwechant & Viskaha juxta Danubium in Marchia Osterriche in comitatu Ernesti Marchionis. Gebehard Cancellarius vice Luitpoldi Archicancellarii. vi. Non. Oct. MLIX. Ordinationis V. regni II. Ibese.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 70. a.*

## MLXIII.

Henricus * D. fav. Clem. Rex Eigilberto oblata confirmat petitionémque sui Magistri Annonis Coloniensis Archiepiscopi Abbatias Chremsmünster, Matséo prædium Hunisperch, capellam Otingen, Ruite, villam Uffehusen quam pro Anesiburch Laureacensis Ecclesiæ prædio, ubi quondam Episcopatus sedes, ab Henrico Duce Bojorum Adalbertus Episcopus Bathaviensis recepit, & in Osterriche loco Chirchpach territorium quoddam cum Ecclesia, quæ ad radices montis Comageni sita, & in eodem monte mansos centum quondam sitos in comitatu Ernesti Marchionis. viii. kal. Nov. MLXIII. Ordin. Henrici Quarti IX. regni VII. Ratisbonæ. Fridericus Cancellarius vice Sigefridi Archicancellarii.

* Quartus.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 62. b. meminit Hundius sed minus expressè P. I. Metrop. 203. in rebus Engelberti ex Aventinianis hisce, ubi Monogramma appingitur.*

## MLXVII.

Henricus IIII. precibus Agnetis nec non Berthæ Reginæ Gebehard Archiepiscopi Salzburgensis, Epponis Niuburgensis Episcopi Altmanno Episcopo villam dat & transitum fluminis Maraha infra Poumgarten, Stutpherrich Matzidada prædium Ernusti Marchionis. Sigehard Cancellarius vice Sigefridi Archicancellarii recognovit ii. Non. Martii MLXVII. Henrici IIII. Ordinat. XV. regni XI. Ratisbonæ.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 62. b. Ex eo Hundius in rebus Altmanni l. c. nos tamen nomina propria exactius ad Aventini autographum.*



(s) Hundius qui tamen ex Aventino excerpsit *Lavindenburch*.
(t) Aventinus utrumque posuit, Hundius posterius retinuit.

## MLXXVIII.

In nom. S. & individ. Trin. Henricus D. fav. Clem. Rex petitione Rapotonis Comitis & ob fidem Sigebotoni, quicquid beneficii nomine habuit in villa Frigendorff à Wolskero in pago Osterriche in comitatu Luipoldi Marchionis dat in proprium. Gerhardus Cancellarius MLXXVIII. Ordinationis XXV. regni XXIII. Bathaviæ.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 69. a.*

## MLXXXIIII.

Reichersperg castro Wernherus præpotens Bojus super flumine Oeno Bath. Diocesis, uxor ejus Dietpyrga soror Archiepiscopi Gebhardi Juvavensis. Is post mortem unici filii Gebhardi & uxoris, cum oriretur Lis jam eo vivo, inter agnatos ejus de hæreditate, castrum demolitur Divo Michaeli templum dedicat, Canonicis restitutis. Post Albinus filius Aribonis, fratris hujus Wernheri, vivente patruo Sacerdotes pellit, prædium occupat. Wernherus in tutelam præsenti Gebehardo Archiepiscopo Salzburgensi tradit. Paulò post obiit. III. Non. Octobris sub gradu aræ S. Crucis cum filio & uxore sepultus.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 51. b.*

## MLXXXIX.

Arnoldus Comes in Lampach castrum juxta Tranam fluvium, orbus hæredibus commutat in Monasterium. Regila uxor Francona: filius Gotfridus Marchio, ejus sedes Putina urbs Metropol. versus Pannoniam. Hic habuit filiam, quæ nupsit Ekkeberto Comiti de Nwnburg, in ora Oeni fluminis situm. Hinc filiæ post fratris mortem datur Dos Putina urbs. * Peperit ipsa filium Adalberonem, qui Parisius missus . . . . *

* Pytting.

* effugerunt duo verba.

Quatuor sylvas dat Lampach ex Foresto suo Alalbero.

Patruus ejus Arbo consecratur Lambach A. MLXXXIX.

*Avent. T. X. Rapsod.*

## MXCV.

Non. Maji obiit Gisala S. Henrici Imperatoris soror, uxor Stephani Regis Ungariæ, Abbatissa secunda hujus loci (In Niderburch) hic sepulta à dextro latere.

*Avent. Rapsod. T. X.*

## MCVII.

Henricus Quintus D. fav. Clem. Rex Udalricum denario excusso de manu ejus manumittit. Nonis Januarii. MCVII.

*Avent. l. c. pag. 69. a.*

*Ibid. sequentis quoque Diplomatis excerptum non adscripto anno:*

Henricus D. G. Rom. Imp. semper Augustus & Rex Siciliæ confirmat concambium de Ministris * inter Wolfkerum Bathaviensem Episcopum & Ludwicum Ducem Bojorum Francfort VIII. Idus Julii.

* inter lineam adscripsit Aventin. *servis.*

## MCVIII.

Henricus Div. fav. Clem. Rex Romanorum anno MCVIII. Ordinationis IX. regni III. Nurnberch kal. Maji, rogatu Welfonis Ducis, Luipoldi Marchionis, Eberhardi Eistetensis Episcopi & Chorepiscoporum ejus. Henrici Frisingensis, Hartwici Radisbonensis, Hermanni Augustani, Thetboldi Marchionis, Peringarii Comitis in Bruna villa in comitatu Luipoldi Marchionis Hedenrico dat tres mansus regios. Albertus Cancellarius vice Rothardi Maguntinensis Archiepiscopi recognovit.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 69. a.*

## MCIX.

VII. kal. Maji Reginbertus & Levir Oudalscalchus Ulrico I. Episcopo Sitansteten Canonicos Regulares donat.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 59. b. in Collectan. Passaviens.*

## MCXI.

Henricus Imp. Aug. Ulricus Episcopus Bathaviensis hæreditatem suam Merding in Suevia, in pago Ogesgowe dat templo suo. eam confirmat Imperator MCXI. Indict. IIII. VIII. kal. Julii, Bathaviæ Imperii primo.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 70. a.*

## MCXXIIII.

Reigemarus cælesti gratia Episcopus, tum Palmarus frater ejus, Ditherus de Halse Gebhard filius ejus, Sigeboto de Tanneberch.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 73. b.*

## MCXXXV.

Lupoldus Marchio dat * Reinmaro Episcopo Bathaviensi Decimas Parochiarum Nunburch, Holaerbrunnon, Görs, Pœlan, Ekindorff, Ruspach, Mistelbach Valchenstain, Lizze, Muzliche, Widervelde, major Pulka, Alhare, quam Ipse & antecessores seculares consueto non Jure Canonico possederunt, præsentibus filio Adilberto & Liupoldo devoto. Hartmanni Præpositi id Marchio fecit crebra exhortatione, concambio dat tamen Episcopus Ecclesiæ Münburch decimas, quam construit Marchio, dedit Præpositus beneficia Chalmuntze sita. Facta est comutatio Griffenstein anno MCXXXV. Regnante Leothario III. hujus nominis Imperatore anno regni ejus XI.

* in marg. *remisit.*

*Avent. Rapsod. T. X. p. m. 63. b. sed fusius memorat Hundius in rebus Reinmari l. c. p. m. 205. in nominibus tamen propriis ab Aventino alicubi discedit.*

Luthario regnante anno Imperii XI. Reginmarus Episcopus, Lupoldus Marchio cum duobus filiis Adalberto & Leupoldo.

*Avent. l. c. p. 73. a.*

## MCXXXVII.

L. Marchio & frater Ernestus Marchio per manus fratris Alberti Advocati dant Eccle-

Ecclesiam S. Petri in Wiennensi loco positam R. Episcopo Bathav. Mauttam recepit vineam in Wartperch .... *MCXXXVII.

* aliquot verba effugerunt.

H. Dei gratia Dux Bojariæ Chunrado fratri Bathaviensi Episcopo. amovet ab Advocatia Sancti Hypolyti Albertum cognatum factum in celebri loco Anesi. *fine anno.*

*Avent. l. c. pag. 71. b.*

MCXLIII.

Regenbertus Episcopus MCXLIII. Engelbertus Dux, filius ejus Rapoto Bathav. IIII. Non. Octobr. Episcopi Reginperti anno I. cepit MCXXIIII.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 71. b.*

MCXLIIII.

Reginpertus Episcopus Bathaviensis Comes de Peilstein fatetur Hiltiburch de Bugin cum filio Hermanno donâsse Altnnpurch cum Horne Parochia.

Rudegerus de Ahem, Sigeboto de Tanenberch. II. kal. Sept. regnante Chunrado Romanorum Rege.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 59. in Collectan. Passaviens.*

MCXLVII.

Rembertus Episcopus in loco Laureacensi.

Reginbertus Episcopus, Gerhoch de Rorbach Arnolt & frater ejus Meinhard de Lintz.

Reimarus Episcopus confirmat Wirnonem Abbatem Formbacenſem.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 71. b.*

Regenbertus Episcopus dat Canonicis Wachrin. Hartwicus Diaconus, filius Engelberti Ducis.

*Avent. l. c. pag. 73. a.*

MCLV.

Episcopatûs sexto mense Aprili Chunradus Episcopus Aream segregat, ut Domus Canonicorum simul sint, ut jam cernitur. Cœlesti gratia Episcopus.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 73. a.*

MCLVII.

Fridericus Imp. Rom. Aug. &c. villam Meerding concesserat Chunradus Rex Romanorum Welfoni Duci in præsentia Ducis Welfonis avunculi sui, in conventu celebri Babenberg kal. Julii restituit Episcopo Bathaviensi Chunrado Patrino. Episcopi: Eberhard Babenbergensis, Gebhard Wirzeburgensis, Haertwicus Ratisponensis, Chunradus Aistetensis, Daniel . . . Wadezlaus Dux Boemiæ & frater ejus Dipoldus, Henricus Dux Austriæ, Fridericus Dux filius Chunradi Regis, Pertholdus Comes de Andesse, Ekkebertus Comes de Butone, Henricus Præfectus Ratisponensis, Rapoto Comes Abenberge, Chunradus Dux & Comes de Dachowe, Marchward de Grunbach & filius Marchwardus, Babo de Zolling, Adelramus de Kambe, Reinaldus Cancellarius vice Arnoldi Mogontini Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi. Babenberg. IIII. Nonas Julii MCLVII. regni VII. Imperii III.

*Avent. Rapsod. T. X. pag. 69. a. vid. ad A. MCXI.*

MCLVIII.

Chunradus Episcopus Bathaviensis fatetur Engelbertum Comitem Hallensem & uxorem ejus Hadewich, filios eorum Gebehardum & Theodoricum dedisse quædam mancipia. Meingothus de Scyltdorff, Rudolphus de Guizha.

Anno MCLVIII. IIII. Non. Junii. Anno Serenissimi Friderici VI. Imperii III. anno Episcopatus (Chunradi) XI. *

* Avent. in marg. Wasserburch.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 59. b. In Collectan. Passaviens.*

Eod. anno IIII. Non. Junii, Friderici Regis sexto, Imperii III. Episcopatûs XI. Engelbertus Comes Hallensis * uxor Hadewich, filii Gebhard & Theodericus, Chunrado Episcopo.

* Avent. ad oram: Comes de Wasserburg.

*Avent. l. c. pag. 73. a.*

MCLIX.

Pontificatûs nono, Adelram & filius ejus Adelram de Chambe, Fridericus Ratisponensis Præfectus, Baldemarus Pabo de Ahusin mancipat Pecinchirchen.

*Avent. l. c. pag. 73. a. Cunradum Episcopum inter alia Canonicis donâsse Petzenkirchen in ejus actis memorat Hundius pag. m. 206.*

MCLXIII.

Chunradus Episcopus tradit Ecclesiam Sancti Egidii vulgo Biburch dictam leprosis. Constructa est à Sigehardo de Stochstade Canonico & Henrico Plebano S. Pauli.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 73. a.*

MCLXIIII.

Chunradus Molendinum Bath. dat.

*Avent. l. c. pag. 73. a.*

MCLXV.

Theobaldus Episcopus Bathaviensis. Walchun de Sleine, filius ejus Rapoto, Regenbertus de Elsarn, Albertus Comes de Pogen, Rapoto & Henricus Comites de Ortenberch, Diether Comes de Viechtenstein, Albertus de Chambe & frater Alramus. ex litteris donationis Wolfbach.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 59. b. In Collectan. Passaviens.*

Eodem anno.

Theobaldus Comes de Perge Episcopus Bathaviensis, Rudegerus post depositionem vixit annos IIII.

*Avent. l. c. pag. 51. a.*

*Ibid. pag. 72. anno incerto:* Henricus D. G. Romanorum Rex semper Aug. ad postulationem quondam Episcopi Bathaviensis proscribit Alramum & Albertum Comitem de Hals. Cujus castra Hals Schonstain, Romwerch, Newhausen, Viechtenstein, Marspach, Johanstain. Wormatiæ III. Id. Martii.

Albertus de Hals debuit castrum dare Duci Bavariæ juniori, Dux Alberto Comiti de Pogen, hic Episcopo.

MCLXVI.

MCLXVI.

Rudbertus Episcopus Bathaviensis Amberch civibus, dat jus Bath. & Ratisbon. voluntas Imperatoris jus est.

*Avent. l. c. pag.* 73. *a.*

MCLXVII.

x. kal. Aug. Albonus electus Bathaviensis dat Sifrido Abbati Alderspacensi aream domus.

*Avent. Rapsod. T. X. p.* 73. *a.*

MCLXXII.

Henricus Episcopus dat Canonicis Chirchdorf. De Chambe tres fratres: Allram, Albertus, Wachunus.

*Avent. l. c. pag.* 73. *a.*

MCLXXIII.

Theobaldus Episcopus, Theodericus Comes de Vichtnstain, Luipoldus Comes de Plaigen, Cunrad Comes de Pilstein, Henricus de Julbach, Cun. de Schonnburch.

*Avent. l. c. pag.* 73. *a.*

MCLXXIX.

Theobaldus Episcopus dat Canonicis S. Pauli templum. Bertholdus Marchio cognatus suus, Ulricus Comes, frater meus Comes de Suevia, Engelbertus de Blanchl-
(u) berg. (u)

*Avent. l. c. pag.* 73. *a.*

MCLXXXVI.

Otakarus Dux Styriæ, sollicitum fuisse ait se cum non haberet hæredem, quem successorem relinqueret, hæredem scribit. Si sine liberis obierit, suorum consilio Leupoldum Ducem Austriæ consanguineum suum, ac ut contigua Provincia unus sit Principatus, & quod Dux Austriæ sit & Sty-
(x) riæ . . . . . (x) Claustra Styriæ Trounchirchen Gaersten, Glonnich Admunde, Seccowe, Vitimge Sancti Pauli, Oziach Seites Vorawe Hospitale Zerwalt Lambach Vormbach, S. Lamberti, ex quibus quædam . . & parentes nostri fundarunt. Acta anno MCLXXXVI. in monte S. Georgii in Anasi foro. Testes: Chunradus Comes de Peilstein, Comes de Möring, Henricus & Sighardus Comites de Schalach, Albertus & Alramus de Chambe, Sifridus & Oto de Leubnowe Leupoldus & Heinricus de Plaien, Chunradus de Dornberch, Weinhardus de Hagnawe, Wernhardus de Schawenburch, Wernher de Griezpach, Engelbertus de Planchenberch, Eccobertus de Pernecke, Weichard de Chaelperch.

*Avent. Rapsod. T. X. pag.* 64. *a. In Collectan. Passaviens.*

MCXCVI.

Henricus D. G. Romanorum Imperator semper Augustus & Rex Siciliæ litem de servis & servabus inter Albertum Comitem de Pogen & Wolfkerum Episcopum Bathaviensem dirimit, ut ex æquo dividant. Otto Comes de Lubenowe, Rapoto Comes de Ortinberch, Albertus de Cambe, Walarius de Romberch. Mogontiæ MCXCVI. II. Non. Junii.

*Avent. l. c. pag.* 69. *a.*

MCXCVII.

Henricus D. G. Romanorum Imp. semper Aug. Rex Siciliæ confirmat, quod Pertha uxor Heinrici Comitis de Altendorff dedit Vichtenpach Wolfgero Episcopo eâ lege, ut filii in feodum recipiant. Chunradus Moguntinus Archiepiscopus, Ludovicus Dux Bavariæ, Henricus Palatinus Comes Rheni, Comes Rapoto de Ortinberch, Comes Albertus de Pogen, Fridericus Purchgravius de Nurnberch, Comes Poppo de Wertheim, Chunradus Frisingensis Præpositus, Ulricus Præpositus Easyn (y), Al- (y)
bertus de Cambe, Wernhard de Hagnowe, Otto de Ravensberch, Gotschalcus de Helinchovin, Robertus de Duwine, Kahloch de Chirchperch, Isinrich de Vrovenhofen, Ekehardus de Gunzhovin, Conrad de Walt, Wernher de Viehbach. Moguntiæ MCXCVII. Indict. xv. pridie kal. Julii.

*Avent. Rapsod. T. X. p.* 70. *b.*

Wolfgerus Episcopus peregrinatur Hierusalem.

*Avent. l. c. pag.* 73. *a.*

Wolfkerus Patriarcha Aquileiæ, prius Bathaviensis Episcopus.

*Avent. l. c. b.*

MCCIX.

Pontificatûs Manegoldi Quarto, Ottone IIII. regnante, hic distributionem fecit.

*Avent. l. c. p.* 73. *a.*

MCCX.

Manegoldus electus Episcopus Bathaviensis contulit Werd Ecclesiam Gebehardo de Plain Concanonico; frater autem ipsius Luitoldus se & patruelem suum Comitem Chunradum de Plein (z). Anno (z)
MCCX. XIII. kal. J. * regnante Ottone Quarto Rom. Imp. & semper Augusto, anno Imperii sui primo. (* ita Autogr.)

*Avent. Rapsod. T. X. p.* 59. *b. In Collectan. Passaviens.*

MCCXIII.

Annus Manegoldi Octavus. A. 1209. annus quartus.

*Avent. l. c. pag.* 73. *a.*

MCCXVI.

Luipoldus Dux Austriæ & Styriæ fuit Bathaviæ.

*Avent. Rapsod. T. X. p.* 68. *b.*

Eod.

---

(u) *Avent. in marg.* Ulricus frater Episcopi, Gisala soror Bertholdi mater Episcopi.

(x) effugerunt hic nonnulla; ex vestigiis colligitur de Subadvocatorum & Advocatorum officio & Juribus actum.

(y) fortè *Isinensis* cujus Catal. Præpos. in add. *Gewoldi* ad Metrop. *inter prætermissa*, valdè hiulcus.

(z) Hundius hoc loco, minio adscripsit: *non concludit.*

Eod. anno VIII. kal. Oct. Ulricus Episcopus, primus ejus annus.
*Idem l. c. p. 73. a.*

MCCXVII.

Fridericus II. D. fav. Clem. Rex & semper Augustus & Siciliæ Rex, Ulrico Episcopo Bathaviensi ob obsequium (ob feodum) de regali cœnobio virginum Bathaviæ, quod cessit Imperio concambio, feudum vexilli vulgo Fahn Lehen dat, quod Otto Dux Bavariæ Illustris ab Imperio habuit, hoc Ludwicus Palatinus Comes idem & Dux Bavariæ resignat in manus Imperatoris, Imperator Episcopo dat, Episcopus Duci Bojorum & suis successoribus, ut posthac ab Episcopo successoribus conferatur. Aureo sigillo roboratum. Waltherus de Tanneberch Archiepisc. Sifridus M. Ekkebertus Babenbergensis, Sifridus Augustanus, Henricus Basileensis, Leupoldus Dux Austriæ & Stiriæ, Bernhardus Dux Carinthiæ, Oto Dux Meraniæ, Henricus de Nifen.

Ego Chunrad Metensis & Spirensis Episcopus imperialis Aulæ Cancellarius vice Domini Sifridi Moguntinæ Sedis Archiepiscopi totius Germaniæ Archicancellarii recognovi. MCCXVII. Anno regni Romanorum V. Siciliæ XVIII. solemni curia Nuremberch. XII. kal. Febr.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 69. b. Miror Gewoldum in add. ad Monasterium Niderburgense Monialium Passaviensium P. II. p. m. 403. non magis usum hîc Aventini diligentia quam ipsum Hundium, cum tamen uterque rapsodiorum Aventini Tomos in potestate & manibus habuerit. Gewoldus etiam manu suâ in margine minio adnotârit Diploma hoc ad Monasterium Niderburg referendum. Certiora sanè inde haurire potuit, iis, quæ ex Decani Pataviensis Codice membraneo excerpta de Monasterio illo in medium protulit. Vetustiora sanè quam ut iis auctoritatem præbere queat, Membranarum illarum Auctor* Burckardus Krebsius *( ut conjectat Gewoldus ) Herrnberga Wirtenbergensis ducatus oppido oriundus, qui ab anno 1438. Decanatui Passaviensi præfuit, obiitque 1462. Friderici III. Synchronus & ejus hortatu Historiæ cujusdam Augustæ ( quam Codex ille continebat ) compilator. Cæterum eam oportuit integram potius edere, quam exinde bilem malè concoctam in Arnulphum Bavariæ Ducem Domus regnatricis post Luitpoldum Conditorem, oculatiorem temporibus suis, principem, excerpere. Plura de hoc Burckardo Historico vid. l. c. cujus Historia ubi lateat, & an lateat alicubi, mihi quidem incompertum. Hundius saltem in rebus Udalrici II. Episc. Patav. obiter hujus diplomatis meminit, quem confer.*

Eodem anno.

Fridericus Rom. Rex semper Augustus, & Rex Siciliæ tradit Ulrico Episcopo Bathaviensi comitatum Ilsgowe resignatum à Duce. Hunc comitatum Ludovicus Palatinus Comes Rheni idem & Dux Bojariæ ex concessione Imperatorum jure hæreditario quæsitum possedit, tamen jure feudi ab Episcopo firmatur. Comes Adolphus de Sowenburch. ut supra Nurnberch IX. kal. Febr.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 69. b. Meminit & Hundius in Udalrico II.*

MCCXVIII.

Fridericus Dei favente Clementia Rex semper Augustus & Rex Siciliæ. Chunradus Comes de Wasserburg crucis signo signatus Viechtenstain castrum Ecclesiæ & Ulrico Bathaviensi dat, si sine hæredibus obierit, mutuo ab Episcopo accepit Comes mille marcas; pignus accipit castrum; in feudum dabitur Comiti. Rapoto Comes Palatinus Bojor. Henricus Comes de Ortenberch. Nurnberch XI. kal. Nov. MCCXVIII.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 70. a.*

Frid. D. G. Rom. Imp. Hierusalem & Siciliæ Rex Rüdigero Episcopo dat potestatem puniendi capitaliter per milites suos. Nurnberch XVII. Junii. Indict. VIII.

*Avent. l. c. ad annum incertum.*

MCCXX.

Ludovicus D. G. Palatinus Rheni Dux Bavariæ, comitiam Ilskewum ab Ipsa usque infra Mahela resignat Episcopo, & Episcopus dat quingentas marcas. Chunrad Comes de Mosenburch, Chalhohus Comes de Chirichperch, Ulricus de Scrovenhusen, Chunrad de Baierbrune. Bozani Non. Sept. MCCXX. Indict. VIII.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 71. a.*

MCCXXII.

Albertus Comes de Pogen ob damna illata ( Monasterio S. Nicolai ) dat vectigal per terram. Testes: Comes Henricus de Ortenberch, Rapoto Comes Palatinus Bojariæ, Henricus de Poumgarten, Chunradus de Lupurch, Alramus de Hals, Henricus Phölinger * & filius ejus Henricus, Chunradus de Nusperg, Ulricus de Leubolving, Gebhard Marschalck, Ebo *aus dem Mose* Senior, Henricus de Torring, Walther de Chrayburch, Wernherus Pincerna, Richerus de Rotaw, Oto de Sturpach. Hermannus de Hirzhaim. Apud Strubing.

* in marg. *Phöling.*

*Avent. fol. 57. a.*

MCCXXIIII.

Lodewicus D. G. Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ Walchunus de Romberch, feoda Ecclesiæ Babenbergensis & Bathaviensis concessit fratruelibus suis Alramo & Friderico, Alberto de Halse & Wernhardo de Utndorff; mortuo Walchuno Eccobertus & Gebehardus Episcopi hujus concessionem ratam esse noluerunt. Lis orta; in judicium Ducis Ludovici defertur, diem dicit Stroubinge, sententiam

dat pro Episcopis cum rei duobus diebus noluerunt respondere in judicio. Assessores & Sigillares: Chunradus Ratisponensis, Geroldus Frisigensis, Henricus de Tegernsee, Diepoldus Marchio de Hohenburch, Rapoto Comes Palatinus Bojariæ, Henricus & Henricus filius ejus Comes de Ortenberch, Chunrad Comes de Wasserburch, Bernhard Comes de Leubnowe, Chalhohus Comes de Chirchberch, Eberhard Comes de Dornburch, Menhardus Comes de Rottnecke, Hermannus Landgravius de Luikinberge, Henrich de Schauberch, Henricus de Tolmze, Henricus de Randekke, Wernher de Labere, Albero Lupus de Nabecke, Henrich de Poumgarten, Wergand de Running, Hoholdus de Schowenburch, Ratold de Perg, Henricus Wallar. Purchgravius Chunrad de Salzburg, Chalhohus de Wintzer, Haward de Oting, Rudeger de Salveld, Chunrad de Gindchoven, Heinrich de Merschwanch, Waltherus de Tannenberch, Hadamarus de Wesin, Amelbertus de Oeigling, Oto de Possenmünster, Oto de Johannstorff, Henricus de Torring, Waltherus de Chraiburch, Ekkolfus de Wane, Richer de Rotowe. Strwbing. 9. kal. April. MCCXXIIII.

*Aventin. Rapsod. T. X. p. 70. b.*

## MCCXXV.

In nomine Domini Amen. Gebhardus D. gratia Episcopus Bathaviensis, Ludwicus Palatinus Comes Rheni Dux Bavariæ & Oto suus filius; ajunt se convenisse inter se in præsentia Archiepiscopi Saltzeburgensis ne sinant ædificari loca castri Niwnburch aut ea loca, quæ à Graben usque Bathaviam. Testes: Eberhardus Archiepiscopus Saltzburgensis, Henricus Episcopus Eistettensis, Walcherus de Tanneburch. Anno MCCXXV. Abdon & senes. Strubing III. kal. Augusti.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 60. a. In Collectaneis Passavienfibus.*

Idem annus, Pontificatûs Gebhardi quartus.

*Avent. loc. cit. pag. 73. a.*

Eod. anno Reginbertus pontem Oeni ædificat, fratribus S. Nicolai dedit Hartkirchen. *loc. cit.*

## MCCXXVI. (a)

Rapoto Dei gratia Comes Palatinus Ba. ob discidium de castro Rotinberch cum Episcopo Bathaviensi dati Arbitri: Comes Henricus de Ortnberch & Chunradus de Placien. Datus locus Windberg Episcopo, Rapotoni Vilshoven, Rapotoni Hilkersperg. Windberg data MCCXXVI.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 71. a. Desultorius fateor hic excerpendi modus, sed Aventino familiaris sive memoriæ confiso, sive tempore excluso. Dant tamen hæc ipsa lucem, si quando aliunde accipiunt. Aliter autem hæc sacra non constant.*

Eod. anno Gebhardus Episcopus fatetur, se de lite cum Walchuni de Chambe nepotibus in castro Rotinberch per Ducem adjudicatum Ludovicum per Rapotonem Palatinum Comitem Bojariæ missum in possessionem in feudum dat patrui feudum. Bathaviæ MCCXXVI. Pontificatûs V.

*Avent. loc. cit. pag. 71. a.*

## MCCXXVII.

*Vid. an. præcedentem.*

Leopoldus tamen postea Dux Austriæ & Stiriæ aliter rem composuit ita: Rapoto castrum per Ludovicum Ducem Bojorum ejusdem proprietati, Salmannum tradat Ecclesiæ Rotinberch, Episcopus solvat Rapotoni CCCC. Libras. Filius Ducis Henricus, Chunradus de Geren pro Bernhardo de Libenaw, Albertus Comes de Pogen, Otto & H. Fratres de Ror, Waltherus & Pilgrinus Fratres de Tannenberch, Henricus de Phöling. Datum Bathaviæ MCCXXVII. VIII. kal. Junii. Anno Pontificatûs Gregorii primo.

*Aventin. Rapsod. T. X. p. 71. a.*

## Eodem anno.

Rapeto Dei gratia Palatinus Comes Bojariæ de Ortnberch, Chunradus Comes de Wasserburch cum uxore Chunigunda donat Viechtenstain castrum. Waltherus de Tannberg, Pilgrinus frater ejus. Anno MCCXXVII. vendit Chunradus Comes Rudigero Episcopo.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 68. b. vid. porrò Aventiniana hæc adversaria ad an. MCCXL. & MCCXLVII.*

## MCCXXVIII.

Nos Ludovicus Dux Bojorum & Oto filius suus Palatinus Comes Rheni, confitemur, dum Albertus Comes de Pogen injuriatus Episcopo Bathaviensi ob comitiam Windebergæ, dum idem Episcopus iturus Romam, in Landaw esset, Comes commonitus à Ducibus fassus est ob amorem dilecti sui consanguinei Gebhardi Episcopi Bathaviensis vi se Windberg possedisse nullo jure, cui Episcopus contulit in feodum Sebach & Utenhoven dictæ comitiæ partem, de novo contulit, ut cætera feuda non abalienaret Comes. Peringerus Comes de Liwenberch, Alram Albertus fratres de Halse, Henricus de Lapide, Chunrad de Hohenvels, Liutoldus Pincerna, Perchtold de Oede, Fridericus de Paesschinge. Ex Clericis: Abbas de Alderspach, Magister Fridericus Notarius. MCCXXVIII. kal. Martii Landawe.

*Avent. l. c. p. 70. b. huc pertinet de comitatu Windbergensi Præceptum Philippi Regis, quod hoc loco excerpsit Aventinus, Gewoldus verò integrum protulit. P. I. p. m. 252. add. Metrop. Saltsb.*

Eod. anno, Albertus Comes de Pogen fatetur se comitiam Windberg, quæ proten-

(a) Hundius minio adnotavit *MCCXXIIII.*

tenditur ab Utelpàch usque Ilsam juxta Danubium, & ex alia parte ab Ilsa ad medium Pontem Regen villæ à Ponte usque ad Rivum Utelbach, ubi fluit in Danubium, à Regen usque Nemus Boemicum vi usurpâsse quanquam judicio Ludovici Ducis Bojariæ in Percheim, Steinenstrasse addicta Ecclesiæ, propterea in Landaw admonitus à Duce, possedit antiquitus ab Ecclesia Bathaviensi castrum Degenberch. supra in litteris Ludovici. Landawe. MCCXXVIII. kal. Martii.

*Avent. loc. cit. pag.* 71. *a.*

MCCXXXIII.

Henricus D. G. Romanorum Rex & semper Augustus, dilecto Principi suo R. * venerabili Episcopo Bathaviensi mandat jurisdictionem in cœmeteriis Ecclesiæ, exercitii juste dat facultatem liberam. MCCXXXIII. in castro Ratisbonæ kal. Septembr.

* Rudigero.

*Aventin. Rapsod. T. X. p.* 70. *a.*

MCCXXXVII.

Irnfridus, Ulricus, Chunradus fratres de Hintperg cum Rudegero discordes de Decimis in Stadelowe, Enzindorff. Dantur in feodum. Waltherus de Tannberg, Chunradus Vroschelo. Wiennæ MCCXXXVII. April.

*Avent. Rapsod. T. X. p.* 71. *b.*

MCCXL.

Rapoto D. G. Comes Palatinus Bavariæ. Discordia inter se & Rudigerum Episcopum Bathaviensem, quod obligato patri suo divæ memoriæ castro Matse pro CCC. libris, per emptionem castri in Rotinberch & possessiones in Sultzpach, Neuhoven, Hofkirchen, Pleitingen, quæ patri suo per resignationem comitiæ, quam Henricus Nobilis de Wasserburch possedit, cedit cum Roting castro, & in feudum datum Rotnperch. Bathaviæ MCCXL. xi. kal. Martii.

*Avent. loc. cit. pag.* 71. *a.*

MCCXLI.

Nos D. G. Fr. Dux Austriæ & Stiriæ Dominus Carniolæ Rudegerò Episcopo Bathaviensi. Fatetur F. in Austria ex feudo ab ipso habere: Advocatiam Ecclesiarum subscriptarum: Chremismünster, S. Floriani, Erlah, Walthusen S. Hippolyti, Gotwicensis, S. Georgii, Altenburch, Sitanstetin. Civitates has: Lintza in Anaso, Chremisa ea quæ monti adjacet parte, Lorchvelde cum omnibus attinentiis. Villæ: Trebense, Muchdew & quicquid inter illa, Chirichpach & quæ circa in decimis & foresto; deinde decimæ, quas habemus in Diœcesi Bath. maximè in circa Frienstat, prædium in Lonvelde cum suis decimis, Curiam Standorff, Gawatz, Chrutte, Rihwinstorff & quicquid habemus ibidem decimæ in Lauchse & circa loca & in partibus Ills (b). (b) Villa Poumgarten. Widen Chuendorff, Zwerendorff, Decimæ in Probstorff & Witzhnstorff.

Advocatia Possessionem * Ecclesiæ in Zeizenmuren & Mutam, XII. Parochiales Ecclesiæ Hacinburch: Stillifut, Ruspach, Valchenstein, Polam, Gors, Retze, Widirvelde, Holapurne, Mistelpach, Lecze Probstorff.

* ita Cod

Villa Geizrukke, Echindorff. Advocatia Mychelbach, Bytschelstorff circa Litham Hiwsidl, & vineæ apud Stein, quidquid ad Orte spectat, Pfaffenberge, Passagium mutarum, fœdum Advocati Ratisponensis Raetzperge, Niunburch, Hademarstorff, Rukersdorff, Sewain, Meinharstorff, Retze Malmansdorff, Wemeldorff, in veteri Alsekke, Eigestorff, Lengenbach, Persnich Purchmite, Stubechorn, Sirinch, Paechlarn, Sanctus Petrus, Nider Owe Wiennæ & multa alia, quorum in præsens memoriam non habemus, quæ ipse nihilominus inquirere poterit, nos fatebimur nos possidere ab Ecclesia. Datum Bathaviæ MCCXLI. v. Idus Martii.

*Avent. T. X. Rapsod, pag.* 74. *b. sive postrema.*

Eodem anno.

v. Idus Martii, Rudegero Episcopo Fridericus Dux Austriæ fuit Bathaviæ ex Parte Advocat.

*Avent. Rapsod. T. X. p.* 68. *b.*

Fridericus D. G. Dux Austriæ, Stiriæ, Dominus Carniolæ Mutam *Furvart* donat Danubio & Oeno Bathaviæ MCCXLI. kal. Maji. Rudiger Episcopus Bathaviensis Chunradus Frisingensis, Henricus Sekkoviensis, Hermannus & Oto Comites de Ortinberch, Wernhard & Henrich Nobiles de Schounburch.

*Avent. T. X. loc. cit. p.* 71. *b.*

MCCXLII.

Henricus Comes de Ortinberch pro X. marcis auri mutuo acceptis ab Episcopo Bathaviensi dat omnia jura judicii & advocatiæ in Maense Staininkirchen in Strazwalhim. Ectenheim pignus datum. Bathaviæ MCCXLII. xi. kal. Augusti.

*Avent. Rapsod. T. X. p.* 71. *b.*

Henricus D. G. Comes de Ortinberch junior pro memoria Henrici Patris, civitatem Vilshoven tradit Rudigero Episcopo. Ob hoc datæ Comiti à Clero Bathaviensi annuatim quinquaginta libræ Bathaviensis Monetæ, sex carræ vini Maron, Michaelis XXX. Scafæ siliginis, X. ciceris. Sit aulicus ipsius Episcopi.

*Avent. Rapsod. T. X. pag.* 71. *b. vid. ad A.* 1251.

Theodora Dei gratia Ducissa Austriæ & Stiriæ recepisse fatetur precario insulam Hagenaw à Rudegero Episcopo. Niunburch MCCXLII. VIII. kal. Nov.

*Loc. cit.*

Xxxx 2 MCCXLIII.

(b) hoc loco Avent. in marg. *Walda trateistuit Gaz*, quæ quo pertineant, nil addidit.

MCCXLIII.

Sifridus Episcopus Ratisponensis. R. Episcopus Bathaviensis commutat. Tradidit illi stratam Walhh. Wiselburg recipit Ushusen.

*Avent. l. c. p. 73. a.*

MCCXLIIII.

Viennæ ad S. Antonium v. Id. Febr. Fridericus Dux Austriæ & Rudigerus Episcopus concordantur de matrimonio servorum Medelici, VIII. kal. Octobris precatur Rudegerum conferre Parochiam Wiennensem Magistro Leupoldo Protonotario.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 71. b.*

MCCXLVII.

Chunradus Dei gratia Comes de Wasserburch Viechtenstain donavit Ecclesiæ Bathaviensi & Gebehardo Episcopo. Controversia inter Rudigerum Episcopum & se infra Anasum & Iser non concluditur cum Viechtenstain donat, & nemus Bohemicum. Uxor Comitis Chunegunda. Rudigeri Pontificatus anno XIIII.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 59. b. in Collectan. Passaviensibus, è quibus Hundius excerpsit. Hansizius* (c) *ex Hundio; qui malè ad A. 1233. retulit, cum Aventinus expresè annum XIIII. Pontificatûs Rudigeri in 1247. incidere ad oram monuerit.*

MCCL.

Wilhalmus D. G. Rex & semper Aug. Postquam S. Bathav. Ecclesiam regalibus investivit. Prædecessor suus excommunicatus diu sub Petro Albanensi Episcopo alienare nil potuit. In castris apud Bopardiam MCCL. k. Julii.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 72. a.*

Eodem anno.

Chunradus Comes de Viechtenstein dixit Chunegundæ uxori, cui quoque donat castrum Viechtenstein, quicquid habuit à termino Salzah ad Anasum & ab eo flumine, quod Iser dicitur usque Boemorum nemus ita dat, ut in feudum reciperet ab Ecclesia Bathaviensi.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 71. a.*

MCCLI.

Henricus de Ortenberg Advocatiæ Possessionem Ecclesiæ Bathaviensis. Trans Oenum Rudigero resignat pro pecunia.

Idem tradit Bertholdo Episcopo Ortenberch cum omnibus, Ekkenheim, Oushusen, Reten, intra Hystrum, Oenum, Isaram, Salzam, Graben cum omnibus intra Oenum Hystrum, Tranam, ne tamen abalienet. Henricus de Suben, Albertus Episcopus Ratisponensis, Pilgrinus de Tanneberge. III. Id. April. MCCLI. Pragæ.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 71. b.*

MCCLIII.

Otocharus Dux Austriæ confirmat quædam Eccles. Bathav. Concernentia. Pragæ kal. April. Henricus Episcopus Babenbergensis, Chunradus Frisingensis, Ulricus Secoviensis.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 72. b.*

Eodem anno Bertholdus Episcopus feuda, quæ plurima & maxima in Austria habuit mortuis Austriæ Ducibus dat Otacharo Marchioni Styriæ, filio Regis Boemiæ intrante in Ducatum occasione Matrimonii, quod contraxit cum filia Liupoldi Ducis Austriæ.

*Avent. loc. cit. p. 73. b.*

MCCLIX.

Proxima secunda feria post Urbani libri in sacrario Bathaviensi ob vetustatem à Canonicis revoluti, purgati, adnotati in hunc modum: Otto Episcopus revolvit libros. M. Albertus Decanus tunc habuit Cassiodorum, de Ecclesiastica Historia, Lucanum, Euclidem, Macrobium, Leges Bavarorum. Ottonis Episcopi libri Attila Urphicæ. *Hactenus Excerpt. Avent. l. c. fol. 64. a.*

MCCLXII.

Henricus Dei gratia Palatinus Comes Rheni Dux Bavariæ fatetur sæpè discordiam omnem ortam inter suos majores & Episcopum Bathaviensem ob limites. Bellum sæpè erupit. Postulârunt nostri & hæredes omnia feuda Comitum de Pogen: Ortenberg & Palatinus Bauvariæ infeudari debent: cedit Obernperg infeudatus duarum domuum novi fori Bathav. contra Ortenberg pollicetur auxilium. Intra rivulos Marchpach Stumpach & Bath. carebat judicio & advocatia privilegia de Anaso & Lynza utrinque impetrata, vi rescinduntur: Moneta utriusque recipiatur. Pathaviæ MCCLXII. XVIII. kal. Januarii Fridericus Burggravius de Nornberch, Albertus de Hals, Henricus de Rorbach, Oto de Fraunberg, Henricus de Pheling, Grimoldus de Preising, Henricus de Ror, Wimarus Asinus, Hartliebus de Wintzer, Richerius de Ahem, Henricus de Hartheim, Oto de Trunna.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 74. a. Confer, quæ ex eod. diplomate excerpsit Hundius in rebus Ottonis de Lonstorf Episcopi Bathaviensis P. I. Metr. p. m. 212.*

Eodem anno.

Henricus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ Leges Advocatiæ confirmat. Datum Bathaviæ MCCLXII. XVII. kal. Junii.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 60. a. In Collectaneis Passaviensibus.*

MCCLXIIII.

Siboto de Tanneberch. Oto Episcopus ejus annus XI.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 73. b.*

MCCLXV.

(c) *Germania Sacra T. I.* in rebus Rudigeri pag. m. 386.

MCCLXV.

III. kal. April. Albertus de Nusberch resignat feudum.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 71. b. in Collectan. Diplomat. Passaviensibus.*

MCCLXVI.

Otocharus Dux Austriæ in quibusdam litteris Ecclesiæ Bathaviensis. Datis Egenburga.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 72. b.*

MCCLXXIIII.

Rudolfus D. G. Romanorum Rex semper Augustus recipit Fridericum Salisburgensem, Leonem Ratisponensem, Petrum Bathaviensem Episcopos cum hominibus in tutelam. Hagenaw MCCLXXIIII. Pridie Non. Aug. regni I. Promittit se adfore contra potentes quosvis Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ, Bojariæ.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 72. b.*

Eod. anno idem Sacerdotibus renovat Privilegium datum à Divæ recordationis Friderico ultimo Romano Imperatore. Nurnberch XI. kal. Oct. regni secundo.

*Avent. loc. cit.*

MCCLXXVI.

Rudolphus Imp. Petro Episcopo Bathaviensi permittit villas suas S. Hippolytum Everding, Amstetten muniri fossis, mœniis ut vult, Wiennæ Idus Decembres MCCLXXVI. regni quarto.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 72. a.*

Idem Mutam Obernberg à claræ memoriæ Friderico Romanorum Imperatore concessam firmat. Archiepiscopi: M. Salz. Episcopi: Herbip. Ratisp. Chimensis. Inlustres Ludovicus & Henricus fratres Comites Palatini Rheni Duces Babariæ, H. Lantgravius Hassiæ, Marchio de Purgaw, Fridericus Purggravius de Nornberch, Albertus de Hohnberg, Hugo de Wirtenberg, Fridericus de Laningen. E. de Chatznelepogn, Joh. & Heinricus de Spanhaim Comites Path. in castris VI. kal. Octobris regni III.

*Idem l. c. pag. 72. b.*

Idem Imperator, Wiennæ MCCXXVI. III. Non. Decembr. ut supra. Fridericus Salisburgensis, Bertholdus Babenbergensis, Leo Ratisponensis, Petrus Bathaviensis, Chunradus Frisingensis, Henricus Tridentinus Dietrich Gurcensis, Joannes Chimensis, Wernhard Seccoviensis, Ludwicus Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ, Meinhardus Tyrolensis, Fridericus Purggravius de Nurnberg, Hugo de Wirtenberg, Fridericus de Leonige, Ulricus de Hewnburg, Hainricus de Phanberg, Gebhardus de Chatzenelpogen.

*Aventinus loc. cit. pag. 72. b. Memoravit hoc loco & alia* Rudolphi. *Aug. diplomata ad res* Bathavienses *spectantia, quæ tamen non excerpsit, nisi quoad locum & tempus. ut* Wiennæ 1279. III. Non. April. regni VI. Wiennæ XVIII. kal. Febr. 1280. regni VII. ibidem III. kal. Maji. 1281. regni VIII.

MCCLXXVII.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Ait, cum sibi sumptus militiæ in Austria defecissent, inter cætera fida obsequia Fridericum Archiepiscopum Salzburgensem, Bertholdum Babenbergensem, Leonem Ratisponensem, Petrum Bathaviensem, Dietricum Gurcensem, Joannem Chiemensem, Wernhardum Seccoviensem Episcopos consensisse de prædiis eorum, Monasteriorum, templorum Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchiæ subsidium tolerabile donâsse sola liberalitate, nullum igitur postulare debere. Wiennæ MCCLXXVII. v. kal. Junii, regni IIII.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 72. a. Gewoldus inter diplomata Rudolphi non memorat P. I. pag. m. 260. Metrop.*

MCCLXXXIIII.

Gotfridus Episcopus in Tulna.

*Avent. loc. cit. pag. 72. a.*

MCCXCIIII.

Adolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus absenti Wernhardo Episcopo dat regalia. Eslingæ VIII. kal. Aug. regni VI.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 72. b.*

MCCXCVIII.

Nos Albertus D. G. Romanorum Rex semper Aug. de discordia inter cives Bathavienses & Episcopum Bernhardum. Cives: Ulricus Succkingarius, Sifridus Pingerus, Chunradus Judæus, Friderich Westerburgarius. Arbitrum elegere Albertum: jubet Episcopum relaxare interdictum excommunicationis. Cives urbem turres portas, villam Oeni subjiciant intra XIV. Episcopo dum Bathaviam venerit, ut vero Domino. Magistratus factos revocat, campanas, sigillum, urbem Episcopo subjicit, libras CCC. Bathaviensis Monetæ Sanctarum Virginum cœnobio &c. Nürnberch MCCXCVIII. pridie kal. Decembris regni primo.

*Avent. Rapsod. T. X. p. 72. a. vid. ad h. l. Hund. in Metrop. in actis Bernhardi Episcopi p. m. 210.*

MCCCXLIII.

Gotfridus comparavit castrum Tanberg & Ranarigel, de Weisseneck ortus.

*Avent. fol. 51. a.*

MCCCXLVIII.

Jovis post Jacobi Carolus Rex Romanorum & Boemiæ revocat privilegia civium Bathaviensium data à Ludovico de Bojaria, qui se injustè scripsit Imperatorem, regni Rom. III. Bohemiæ II.

*Avent. l. c. pag. 74. a.*

# III.
## Leges Portoriæ Bojorum.

BOjariorum cuncti Episcopi, Abbates, Comites omnésque, qui in Oriente iter habebant, ad HLodovicum Regem venerunt conquestum de injusto Theloneo, iniqua Muta in illis partibus. Is benignè audiens Arboni Marchioni præcepit, ut cum Judicibus Orientalium rem investigaret, jussítque Legatos illuc ire Rex Theotmarum Archiepiscopum, Burchardum Bathaviensem Episcopum & Otacharium Comitem, ut hæc vice Regis justè corrigerent. Isti jurârunt pro Theloneo in comitatu Arbonis: Walcho Vicarius, Durinc Vicarius, Gundalprecht, Anno, Gerprecht, Pazrich, Diotrich, Aschrich, Arbo, Tunzili, Salucho, Helmwin, Sigimor, Gerolt, Ysac, Salamon, Humprecht, Engelschalh, Azo, Oramvot, Ruotoh, Durinc, Reinolt, Eigel Vicarius, Poto, Eigilo, Elliger, Orlant, Gundpolt, Gerolt, Otpricht, Adalholm, Tenso, Buoto, Wolfker, Rantolf, Kozprecht, Graman, Heimo: isti & cæteri omnes, qui in his tribus comitatibus Nobiles fuerunt post peractum juramentum Rogati ab Arbone Marchione in præsentia Theotmari Archiepiscopi & Burchardi Episcopi Bathaviensis residente cum eis Otochario Comite in ipso Placito in loco Rasfoltestetün, dixêre, qui justissime Theloneum exigebatur tempore HLudowici & Karlomanni Regum, cæteræque naves ab occidentalibus partibus postquam egressæ sylvam Bathaviorum & à Rosdorff, vel ubicunque sedere voluerit, & mercatum habere obvenit pro Theloneo Semidragmam id est Scoti I.

Si inferius ad Lintzam ire voluerint de una navi reddat tres Semimodios seu tres Scaflos de sale; de mancipiis & cæteris aliis rebus, nihil ibi solvatur, postea libertatem habeant sedendi, mercandi usque ad sylvam Bojemicam ubicunque voluerint.

Si aliquis de Bois sal domum transfert, nil solvat.

Liber mercatum transferens nec professus, naves & res aufferantur, servus capiatur, donec Dominus veniat.

Boi sive Sclavi, cum bobus caballis ut emant victum, nihil dant.

Carræ Sigmariæ per stratum Anasum transeuntes ad cirulam unum Scafel plenum dent.

Naves de Trungowe nil dent, de Bair pariter.

Sclavi verò de Rugis vel Boemannis mercandi causa venientes, de Sogme una de cera, uvas massiolas quod utraque Scoti I. valeat.

De onere similiter massiola una ejusdem pretii, si mancipia vel caballos vendere voluerint.

De una ancilla Tremisamia I. de caballo masculo similiter.

De Servo saigam unam, similiter de Equa.

Boi Sclavi Istrii primo ibi omnis vel venedi nihil similiter (d). (d)

Naves Salinariæ ut sylvam P. transierunt, nusquam vendant, donec Eperæspurch veniant.

De navi Legic xxx quæ tres homines vehat de sale Scafel III. nihil amplius.

Si ad mercatum Marharorum vult ire, solvat solidum unum de navi, tunc transeat.

Mercatores judæi undecunque sint, justum solvant Theloneum de rebus & mancipiis.

# IV.
## Placitum Henrici Bojorum Ducis de Juribus Ecclesiæ Bathaviensis.

HEnricus Bajoariorum Dux in Marca Luitpaldi Marchionis congregatis Episcopis, Comitibus, Proceribus, plebe regni, publico placito populum territorialem jurare fecit pro firmanda ad tempus justitia, quid esset sub Duce, quod Episcopatuum Abbatiarum familiæ deberentur marchiæ inter cætera, templum familiáque Bath. ab omni jugo Marchionis libera dicta hoc est Collectis, Donativis, Operibus mansionatus & cæteris servitutibus hæc loca Bath. fuisse tempore Pilgrimi Episcopi, Muta, Eparespurch sursum de Vvintestale à termino Sancti Michaelis Resseza deorsum usque Chlepadorff Salzburg Ecclesia Locellum, ita per latum in Austrum ad Deserta Montana, dein Treismam civitatem S. Hippolyti ut quondam Albertus Episcopus sub Purchardo Marchione tenuit Persnicha sicuti Willihelmus in proprium possidebat, quod nunc Boemanni *insidiosè* * arant, Liliunhova juxta Tullonam Egilinstein, Zeizmanestetin, Abbatestein à septem collibus ab Occidente civitatis Zeizenmuræ sursum ad Austrum Chunihohestorff, & sic usque in cacumen montis Comageni, & ita usque Hangentenstein, & ita ultra Danubium usque ad Marcianos terminos ad Mochinle Trebisne, & utramque ripam fluvii Danubii infra dictum terminum locum piscationis Husonum, quem hactenus Tullones suis vendicabant usibus. Jurârunt ita esse Meinhart Comes, Pabo Comes, Marchwart Comes & frater ejus Rudiger, Timo Comes, Pertholt Wernheri, Rupo, Egil, Mimilo. (e) (e)

* lect. dub.

(d) Obscurus valdè hic canon, sensum vix admittit. Magis perspicuè *Aventinus* in Annalibus L. IIII. p. m. 479. has leges retulit.

(e) Avent. Rapsod. T. X. pag. 73. b.

# ANTIQUITATES DIPLOMATICÆ ALTAHENSES & OSTERHOVENSES

Ex Tabulis & Monumentis antiquis utriusque Monasterii

collectæ à V. Cl.

JOANNE AVENTINO.

* * *

*Ex ejus* Adversariorum *MS.* Tomo X.

*descripsit atque edidit*

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

---

## Monitum prævium Editoris.

CUm anno MDXVII. AVENTINUS Itinere illo suo Litterario ALTAHAM *inferiorem* accessisset à KILIANO Abbate, Viro inter Eminentiores in illa serie, honorificè sanè exceptus est. Nam non ad Bibliothecam modo sed & ad tabularium accessus patuit, Abbate ipso memorabiliores litteras, Fundationum, Donationum, immunitatum & permutationum exhibente. Inter quas UROLFI *Charta*, qui CAROLO M. regnante Abbatiæ præfuit, singulariter eminet. Eam HERMANNUS Abbas, cujus *Chronicam* paulò superius ex *Adversariis* AVENTINI protulimus, spisso illi Volumini Membranaceo, in quo omnis generis Diplomata ad Monasterium illud quoquo modo facientia singulari curâ collegerat, in fine subjunxerat, *quod ea* ( ut sunt verba HERMANNI ) *ex antiquitate scripturæ & latinitatis valde auctorabilis comprobaretur.*

Hanc, ut eam AVENTINUS *Adversariorum* suorum *Tomo X.* inseruit, hîc damus; non ingratam futuram Historiæ Patriæ Studiosis existimantes, dum ea unacum reliquo Codice Diplomatico Altahensi ab HERMANNO Abbate collecto, atque à Successoribus aucto in publicam lucem aliquando in vera sua facie prodeat; quemadmodum ejus rei spem ante hoc vicennium fecit, alibi laudatus PLACIDUS HAIDENUS (f), qui & de compilatione *Hermanni* & UROLFO, tertio Altahensium Abbate ejusque charta satis prolixè egit. (g)

Cum verò vernaculè scripserit Auctor & Chronica ipsius in paucorum manibus versetur, nec scripta nostra Historica facile in exterorum eruditorum, nisi postquam in Emporeticam evilruerunt manus, perferantur, operæ pretium existimavi *Compilationem Hermanni* ex *Haideno* paulò exactius recensere.

Est Codex Membranaceus hodie superstes, in duo quæ vocant *regesta* divisus, quorum prioris hoc initium: *In isto libro annotata sunt Prædia Ecclesiæ ( Altahensis ) & census eorundem. Distincta sunt autem per pagos, ita quod illa, quæ sunt in quolibet pago, sunt similiter omnia per ordinem hic conscripta.*

---

(f) In *Jubilo millenario Altahæ* Inf. MDCCXXXII. Ratisponæ in 4. p m 95.

(g) De *Urolfo* quidem p. m. 22. & 95. quo postremo loco Compilationem *Hermanni* recenset.

*ſcripta.* Alterius *Regeſti* hæc eſt inſcriptio deſcribente HAIDENO: *Cum Prædia & Donatores prædiorum ac etiam jura Eccleſiæ per Inſtrumenta & Privilegia cognoſcantur, nec cognoſci poſſint, niſi legantur, ne à legentibus vel ſcire volentibus ineptè vel incautè ipſa Privilegia contingat pertractari, in ipſo libro ea placuit annotari. Et quia ſcripta ſunt ſecundum ſucceſſionem temporum diligens Lector quærat concordantiam ipſorum, prout neceſſitas ipſum urget.*

Progreditur exinde ad recenſionem Prædiorum ab UTILONE & TASSILONE Monaſterio donatorum, prout ab *Urolfo* annotata fuerant, de cujus BREVIARIO (uti UROLFUS inſcripſerat) ita pergit HERMANNUS: *Inter Privilegia Eccleſiæ* (Altahenſis) *invenitur in Bibliotheca quædam charta Urolfi Abbatis, quæ ex antiquitate ſcripturæ & latinitatis valdè auctorabilis comprobatur: Quam ego Hermannus Abbas non mutatis nominibus, vel latinitate, nec minuto vel addito numero litterarum juſſi moderna ſcriptura per omnia hic tranſcribi.* Titulus chartæ ſequens: *Haic autem Breviarius eſt Urolfi Abbatis de cœnobio, qui vocatur Altaha.* Et primo quidem bona à nobilibus collata ſub hoc rubro referuntur: *hec vero eſt traditio Nobilium, que ſubter inſerta nectitur.* Quibus proximè ſubjunguntur quæ poſtmodum inde evulſa, ſub hoc titulo: *Haoc autem injuſtè à nobis abſtractum eſt.*

His præterea HERMANNUS omnia Diplomata Imperatorum ac Regum Ducúmque, necnon Pontificum bullas, litteráſque ac titulos donationum, fundationum, contractuum, commutationum, immunitatum peculiariúmque inſtitutorum inde à CAROLI M, ad ſua usque tempora collectim ſubjunxit, quæ poſtea compilatio à ſucceſſoribus ejus quoquisque in rem familiarem attentior fuit, plurimis acceſſionibus aucta, juſti Codicis Diplomatici molem conſecuta eſt, quem in lucem aliquando edi, uti ejus rei ſpem fecit, ſimúlque orexin movit HAIDENUS pro bono ſit non ſolum communis Patriæ, ſed ipſius etiam Monaſterii. Quod dum fiat AVENTINI hiſce excerptis interim utamur, quemadmodum HUNDIUS GEWOLDUSque fecêre, etſi neuter ita exquiſitè ut noſtræ diligentiæ nihil reliquum fecerit. De OSTERHOVENSIBUS *Antiquitatibus*, quod ſeorſim addamus, non occurrit, niſi & ipſas curatè ac fideliter ex AUTOGRAPHO *Aventini* à nobis deſcriptas, quod qui viderit, laborem tœdio plenum à nobis exactum facile largietur.

Mantiſſæ loco breviſſimum Monachi cujusdam, fortè Oſterhovenſis, *Chronicon Auſtriacum* adjecimus, quod illud Aventinus ibidem exſcripſerit.



I. *Joan-*

# I.

# *Joannis Aventini Antiquitates Altabæ inferioris.*

### *Pagus Chunzengeu Tunaugew Swavikeu.*

ALbertus miseratione Divinâ Ratisbonensis Ecclesiæ Episcopus, Hermanno Abbati, Conventui Monasterii inferioris Alta ob hospitalitatis obsequia sibi & antecessoribus exhibita, præcipuè ob religionem de novalibus ubi prædia habent duas decimarum partes dat, tertiam Paro-
1256. cho. Datum in Stauff anno MCCLVI. tertio Idus Octobris.

Albertus M. Frater Albertus mis. Div. Ratisp. Eccl. Episcopus. Plebanis decim. Vicariis S. idem superius asserit dat. Ratisbonæ Pontificatûs die primo.

Petrus Abbas & Conventus fatentur se se cedere Ducibus Bojorum perpetuo *Gericht Hellingsperg Maysteur, Herbsteur in*
1352. *dem Gericht.* Landaw. A. MCCCLII. vigilia Laurentii.

Albertus de Hals caruit gratia Ducis Henrici ideo multa damna dedit Altæ, Hermanni Abbatis operâ excomunicatus à Judice delegato à Sede Apostolica, coactus redire in gratiam cum Duce arbitro & ejus quatuor Ministris dedit Harbach Cœnobio. Tekkendorf in Octava Epiphaniæ anno
1263. MCCLXIII. præsente Duce Henrico. Testes: Sifridus de Fraunberch, Henricus de Pholing, Gerhohus de Fraemleinsperg & Albero Waller. Arbitri: Henricus Notarius, Odo de Vraunberch, H. de Alnchofn, Albertus de Furt, Oto de Straubing. Tyrolphus Judex, Ortlibus de Wald &c.

Hartlibus miles de Swarza dictus de Lamina unam hubam pro leprosis præsentibus Ottone Episcopo Bathaviensi, Leone Ratisbonensi Hermanno Abbate Altah. Hy-
1263. politi 1623. uxor ejus Gerwig (Garyo-
(h) pyrga (h))

*Ysorbofen* per hostes Alberti Comitis de Pogen ferè desolata vepribus obsita pace reddita morte Comitis ab Otone Duce Hermannus Abbas obtinuit dividi campum per funiculos &c. Jugera XII. Hubæ jugerum habebant XII. pivangas. Facta partitio per Alwinum Monachum scribentem, Perchtoldum Præpositum, Rudolphum Officialem Hermanno Abbate & populo co-
1247. mitante. 1247.

Ego Albertus Comes de Pogen, in maxima charitate annonæ in provincia nostra Popponi Abbati mutuo vique abstuli vini & frumenti plus quam ducentarum librarum, Abbas me Domino Regi Ducique accusare non desinit, donec consultis familiæ meæ honestioribus, compensare id studui, arbitris Baronibus terræ ante concilium quod habiturus Dux Ludovicus in Strubing tres curtes perpetuo dat unam Isarstorff, unam quam D. Otto de Ratolsdorff pignore tenuit, tertiam quam ratione officii Chunrado de Poeuttzchoven Dapifero meo tradidi in beneficium. Testes hujus compensationis: Comes Rapoto, frater ejus Henricus Comes de Ortnborch, Dominus Kalhohus de Kirchperg, Dominus Altmannus de Helingersperg, Gotzpaldus de Schonenstain, Gerhoh de Fræmlinperg, Bertholdus de Stainbach, Chunradus Dapifer, Henricus Pfolinger, Henricus Polmaer, Ebo de Palude (i), Henricus Judex & frater suus (i)
Rudolphus, Pertholdus de Mitternfels. A. 1207. Indictione x. consentientibus septem 1207.
ex concilio. Regnante Rege Philippo feliciter Amen.

Alramus de Hals dedit Altah Winzing ob damna illata, dum bellat cum Alberto Comite de Pogen. Id factum cum præsente Ottone Duce Hermanno Abbate. Actum in castro Lantshut. xvii. kal. Aug 1243. 1243.
Testes Otto Comes Grunenbach, Chunradus Comes de Mosburch, Hartlibus de Wintzer, Swikkerus Notarius Ducissæ & alii.

Albertus Abbas Windenberg vendit Popponi Abbati duo prædia præsente advocato Comite Leupoldo, Berchtoldo de Steinberch aliisque Ministris Comitis.

A. 1269. Hermanno Abbate Hiltprandus de Puechberg, Albertus de Satelpogen 1269.
socer eorum, Hartlibus de Wintzer. Chalhohus de Wintzer.

A. 1257. destructo castro in Flinsberg 1257.
Hermanno Abbati tradita prædia. Nunc Flinspach V. millia passuum infra Alta.

Swarga propè Wintzer influit Danubium.

MCCLIIII. Chunradus de Nüsporch. 1254.

Albertus Comes de Mospurg tradit curiam in Haunwanch (Haunenwang) apud Ching supra Lantzhuet. Auffert frater ejus Chunradus.

MCCXLIX. Gotschalcus de Haidolfing, 1249.
uxor Hadwig dat Pornchoven. Testes Wernhardus Comes de Lonsperg, Henricus Endorffer miles, Landaw, Oto Duxibi, Alhardus de Preysing, Hertwicus de Poumgartn.

Henricus Dei gratiâ Comes Pal. Rheni, Dux Bojariæ confirmat donationem Got- *Gotschalci
schalci.* Landaw. 1258. ii. Non. Octob. 1258.

Wilhelmus de Chirberch, uxor ejus Gertrud tradidêre prædia & castrum Chirperch, Henrico Duce præsente, Hermanno Abbati. Bardi effecti.

Albertus de Pernstain uxor Sophia, soror Wilhelmi.

Albertus & Chunradus fratres de Furt, Nepotes ex fratre Wilhelmi. A. MCC- 1268.
LXVIII. Alberti filii Helmwicus: Albertus Ulricus scolares.

Yyyy Leo

(h) Aventini antiquariæ hæ delitiæ.
(i) Gevvoldus in marg. *idem cum Ebone de Mos, ut puto.*

Leo miserat. divin. Ratisp. Episcopus, in proximam vacationem obligat Ecclesiam Mundriching Cœnobio pro XV. libris Ratisb. Albinus Abbas emit jus advocatiæ ejusdem templi ab Ulrico Dapifero de Eckkenmyl. Ulricus de Dornberch Decanus Ratisp. Rector Mundriching, pauper effectus ob. ex peregrinatione Concilii Lugdunensis. Actum Ratisbonæ A.MCCLXXV.
1275. VI. cal. Junii.

Ego Ulricus de Ekkenmul &c. renuntiat advocatiæ. Testes: Otlibus de Wald, Reicherus de Aham, Alhardus de Fraunhofen, Chunradus de Preysing fatetur se vendidisse pecuniámque mutuatum fuisse. Strubing
1275. A. MCCLXXV. III. Id. Aug.

Henricus Dux Altah confirmat anno
1277. MCCLXXVII. VIII. Id. Martii.

Sifridus solâ miseratione divinâ Ratisp. Episcopus imperialis aulæ Cancellarius ait Diethmarum Abbatem, resignationem curiæ in Mangelting recepisse de manu Haertwici, sororii Ministrorum suorum de Lihtenberg. Eam contulit hereditario jure Carolo de Lerchenveld Ministro suo det singulis annis. IX. Sol. Ratisb. 2. libras pendentes. Testes: Henricus & Albertus de Lerchnveld Canonici Ratisbonenses: Hermannus, Ekko, Magenso fratres de Lihtenberg, Gotzwing de Eglofheim, Liupoldus Rutgerus pragarii Henricus inter Latinos & frater suus Ekpertus & alii quamplures.
1235. Ratisb. MCCXXXV. IIII. kal. Maji.

Sifridus miseratione divina Ratisbonensis Episcopus imperialis aulæ Cancellarius, curiam quoque hanc tradidisse Alberto de Lerchenvelt & uxori ejus Clareñæ. Testes Diethmarus, Poppo, Chunradus, Plebani; Chunradus de Ingolstat. A.MCCXXXVIII.
1238. XVII. kal. Novembris.

## *Advocati Altah ex privilegiis perpetuis & antiquis donationibus:*

Comites de Pogen. Tempore Luitpoldi Ducis & Tutonis Episcopi Herigolt.

Arnoldo Duce, Agilolpho Abbate Rasfoldus.

Bertholdo Duce Chuniperto Abbate Albricus.

Henrico Duce Meinhardus Comes cujus fr. Ulricus Comes.

Tempore Canonicorum & Bertoldo Duce, Chunradus.

Henricus Dux habuit Wæsigrinum Advocatum. Tuto verò Episcopus Pertholdum.

Godehardo Abbate Meinhard Ruprecht fuerunt advocati Alta.

Ratmundo Abbate Rupertus Ulricus Marquardus Comites.

Adalhardo Abbate Mainhardus & Aschvinus.

Comes Aschvinus de Pogen fuit tempore Henrici quarti & Adalhardi Wenglai Walkeri Abbatum advocatus. Hic Bojemos in terram irruentes tribus bellis vicit, trophæum Altæ cum bipenni abieti infixit, quæ usque hodie vocatur Aschwinner-Tanne. Is genuit, ut ajunt, Adilpertum Comitem, cujus uxor Hadwiga. Advocatus sub Luipoldo Adalfrido, Ruperto, Gerhardo Abbatibus. Construxit Windperg. Hic genuit Adalpertum, Hartwicum & Pertholdum Comites, ex quibus Adalpertus sagittâ occiditur in obsidione castri Phalaia. A. MCXL. Hartwicus homo pessimus 1140.
insaniendo vitam finivit. Percholdus homo pacificus, dives Advocatus sub Chunrado Bolezlao Abbatibus. Advocatiam primus recepit à Babenpergensi Episcopo &c.

Hic * genuit Adalbertum Comitem ex Leukarda, iste Adalbertus Advocatus sub Ulrico Dietmaro Abbatibus, fuit ferus, bellicosus destructor Ecclesiarum & provinciæ. Nam per expeditionem versus Dornberch cum Bojemis factam & per prælia habita cum Ludwico A. MCXCIII. per con- 1193.
structionem castrorum in Hohenpogen & aliorum ædificiorum susceptorum, per varias expilationes Altah aliásque Ecclesias depauperavit. Ipse enim subadvocatos constituebat & Steurarum exactionem primus ab Altah cepit, prædia advocatiæ jure feudali concessit. Chunrado de Ahusen in Obernhausen infeudavit Marquardum de Framlensperg bonis Monasterii in Wincheling, Pernhardum de Lerchnveld in Mundreching & . . . Reginbotum de Sussenpach prope castrum Sigenstein & Rapotum de Peilstein duabus nostris villis Wysenregen & Hasenperg, obligavit Paboni de Zulling villam Ustlingen, eo concedente Pertholdus ab Ozzing vendicat sibi nostra bona in Munchsdorff, Elnpach, Swarza. Gozpoldus de Hoffdorff Otmarign & alia plura; Poppo de Chæspach cum fratribus suis ferè LXX. beneficia usurpavit, cuidam Chunrado de Röc contulit Censuales nostros ab Isara usque Bathaviam, Ministros & servos per extraneas nuptias abalienavit à nobis, ipsius quoque patre dubium an favente an invito. In Austria Pertholdus de Arnstain quasdam vineas in Spitz abstulit cum agris, pratis & decimis, Ulricus Stræun advocatiam in prædio Zaia occupat. Frustra res sæpè ad Henricum primum ejúsque filium Luipoldum delata.

* puto Bertholdus.

Attamen moriens anno Christi MCXC- 1198.
VIII. filiis suis Luipoldo Clerico Pertholdo & Alberto, quos genuerat ex Ludmilla, reliquit comitatum plenum divitiis & honore, qui cum inter se primum demum cum aliis vicinis Episcopis Comitibus discordant in tantam rabiem ac crudelitatem præcipites abierunt, ut comitatum ferè inhabitabilem efficerent.

Poppo Abbas cogebatur cum Monachis & familia locum ferè desertum relinquere & prædia meliora obligare ac vendere. Inter quæ nobile prædium Hallense Eberhardo Archiepiscopo Salisburgensi venditur pro CCCL. marcis argenti. Defuncto autem apud Damiatam Bertholdo Comite Albertus Comes habens Reichizam uxorem sterilem, in malitia usque ad mortem permansit. Sub eo tamen Dietmarus Abbas providenter rexit, mitram impetravit per Hermannum Monachum. Comes itaque obiit A. MCCXLII. absque liberis XVIII. kal. 1242.
Febr.

Febr. ſuccedit Otto Palatinus Comes Rheni Dux Bojariæ advocatus, qui reformavit pacem in comitatu. Symone & Jude obiit Diethmarus Abbas, cui ſuccedit Hermannus Abbas XXX. á. vir diligentiſſimus ut vidimus ipſi, cui Albinus ſuccedit.

1245. A. MCCXLV. decimarum diſcordia Ingolſtat componitur. Teſtes: Cholnarius miles, Sibenpurgerius Judex.

1233. A. MCCXXXIII. xi. kal. Octob. conſecratur Templum S. Mauritii in Ingolſtat ab Henrico Epiſcopo Eiſtetenſi Magiſtro Hugone Plebano Canonico Ratisbonenſi, Dietmaro Abbate regnante. Alexander dat XL. dies indulgentiarum in hujus Templi dedicatione & patrocinio. Anagniæ III. Id. Maji. Pontificatûs anno V.

Henricus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bojariæ. Aperit Colonos Altheæ multa paſſos in Wiſſenregen & Hafenperge ab Advocatis Chunrado & Runboto de Schwarczenburg & Henrico Chelbelino, quem vitulum vocat, ideo Abbatem ab eis redemiſſe jus, id approbat ſéque ferè gratis patronum ſpondet, à Deo mercedem recepturus. Abach. Non. Aug. anno
1272. MCCLXXII.

Eodem anno in Pogen præſente Duce Henrico ceſsère quoque Albertus & Henricus vituli patrueles. Actum adſumptionis Mariæ. Teſtes: Albertus de Hals, Albero Waller, Henricus Pfolninger, Alramus de Rotaw, Henricus de Alnchoven, Chunradus de Nusberch, Henricus de Meſtorff Magiſter curiæ, Bertholdus de Starnberch, Rainoldus de Eia *, & alii multi. Wickerus judex & gener ſuus Fridericus de Vichta. Henricus de Otlingen: Ditmarus de Puochoſn, Eberhardus de Mulhaim, Henricus de Helmgerſperg, Pertholdus Judex de Chamb, Sifridus de Gruenwiſen, Henricus de Pumfling, Chunradus Hager, Liupoldus de Haiming, Henricus de Aurbach, Dipoldus Panholz.

* Aventinus in marg. *de Aigen ut puto.*

Henricus adprobat donationem prædii Mos ab Henrico Gæſtilino & uxore Chunegunda filio Alramo. Teſtes: Poppo Abbas ſuperioris Altah, Wernhard Comes Lonſperch, Albertus de Hals, Wolfherus de Warte, Pero de Anznkirchen. Landaw per manum Chunrad Primiſſarii. xv. kal.
1270. Sept. MCCLXX.

Parentes Gæſtelini & uxoris Ebo de Mos ** uxor Sophia, filii Wernhardus, Altmannus, Luikart *Eiſſen*puech ***, Othilia de Rætenbach, Pertha Sigenhaym. Filii Gæſtlini: Henricus, Alramus, Henricus, Herwurch Abbatiſſa in Chimiſſe; Chunigund uxor Peronis de Anzenkirchen, Reiche, Pertha de Almpurch, Mathilt de Luibolfing, Ottilia de Hute. Raethwein.

** *Ebo de Palude*, de quo alibi Avent.
*** lect. dub.

Forum Regen commutatum cum Duce, ut meliorari poſſent prædia illic data Laicisque diſtributa inter oppidanos, agros ad diſtribuendum ibi reſidentibus conquirere oportuit. Otto de Strubing vice-Dominus executus. Datum Landaw. MCC-
1270. LXX. kal. April.

MCCLXXI. facta in civitate Deckndorff concordia inter inſtitores Ducis & Abbatem. Sibotho de Mendorff. 1271.

Chunradus de Iſerhofen Plebanus, Notarius Hermanni Abbatis.

MCCLXIII. Cives Ratisbonæ Carolus de Lerchenveld, Hertwicus Daum, Chunradus Zant, Chunradus Erlinger. 1263.

Bernhart, Otto, de Avecking.

Fridericus Dei gratia Dux Auſtriæ & Styriæ & Dominus Carniolæ, Abſtorff liberum advocatiæ jubet eſſe. Caſtro Medlico MCCXLIII. Non. Febr. 1243.

## ABBATES:

Eberswindus. Sexto anno Thaſſilonis Ducis, qui eſt Fundationis XIII. Putingæ prædium datum Altah Eberswindo Abbate.
Wolfbertus. Anno ducatûs Theſſalonis XXX. & XLII.
Urolfus tempore Caroli M.
Teutpaldus ſub Ludovico Imperatore.
Gozbaldus. Hunc Ludovicus Rex conſtituit.
Otgarius; Hunc Ludovicus Rex conſtituit.
Wolfbertus ſub Carolo.
Eberswindus ſub Arnulpho. *In margine erat ſcriptum manu item Aventini.* Rubertus Abbas.
Grimaldus.
Otbaldus.
Chunibertus.
Egelolphus. Raſoldus advocatus Arnulphus Dux.
Aaron. Poſt defecit ordo facti Canonici centum ferè annis.
A. 990. Erchanbertus Abbas Ottone regnante Monachos rexit VI. annis.
Godehardus. præeſt XXVI. annis. Epiſcopus XVI. Ruprecht, Aſchwin, Albertus. ****
Wolframus, annis IIII.
Ratmundus annos XXIII. A. 1048. obiit. Ulricus Advocatus ſub Henrico Tertio.
Diotmarus annis VI. A. 1049. ſub Henrico III.
Adalhardus annis VII.
Wenzlaus. VI.
Walkerus, ſub Henrico IIII. A. 1079. alias Waltgerus A. 1069.
Wolframus II.
Rupertus. A. 1100. Luitpurch, Cuniza, Aſchwin hujus meminit Tegurinus in odis. *****
Lutpoldus. Albertus Advocatus.
Adalfridus. XII.
Chunradus ſub Chunrado III. A. 1146.
Polislaus.
Ditricus.
Gerhardus.
Ulſchalcus. Bertholdus advocatus.
Udalricus, annis VI. rexit.
Dietmarus II. annis XXIII.
Poppo. XXVIII.
Bertholdus menſes VII.
Chunradus A. II. menſ. VII.
Dietmarus III. annis X.
Hermannus annos XXX. ceſſit (A. 1273.) menſ. IIII. dies XVI.

**** *Advocati*, ut puto.
***** Metellum innuit.

 Albi-

Albinus annis VI. diebus VIII. minuſ. Obiit A. MCCLXXIX.
Volcmarus rexit annos III. M. VII. dies XIX.
Poppo II. rexit annis VI. ſuperius Altah annis XXIII. Obiit A. MCCLXXXIX.
Wernhard rexit annis XXVIII. menſ. II. dies XVIII. Obiit A. MCCCXVII.
Fridericus. Annis V. menſ. VII.
Ingerus annis XII. obiit MCCCXXXV.
Otto I. annis VIII. obiit MCCCXXXIII.
Petrus rexit annis XVIII.
Otto II. annis VI. obiit MCCCLXVI.
Altmannus annis XXXV. menſ. V.
Joannes Neulichedel annis XII. obiit MCCCCXIIII.
Joannes II. annis XX.
Erhardus annis XIX.
Albertus annum I. menſes II. dies VIII. periit naufragio in Iſara A. MCCCCLIII.
Petrus II. annis XIII. menſes V. dies VIII.
Wolfgangus rexit annos VIIII.
(k) Fridericus annos IX. nominatus . . as. (k) Huic Coadjutor datus in omnibus, Pater Georgius Hauer, qui ſcripſit Duci Georgio Chronicon, Philoſophiæ Magiſter, Abbas ſolus autoritatem cantandi ſub infula habuit.
Joannes III. rexit annis XIII.
Bernhardus VI. hebdomatibus.
(l) Kilianus. I. (l)

Hæc carta Urolfi Abbatis, inventa inter privilegia ab Hermanno Abbate, qui juſſit modernâ litterâ ſcribi. Vidi exemplaria terna litterâ recenti oſtenſa ab Abbate & Granario, hæc ſcripta juſſu Hermanni Abbatis.

Vidi & originalia, quæ oſtendit mihi Abbas Kilianus in Bibliotheca, adhuc illæſa, ubi aureum ſigillum Sigiſmundi. Alterâ parte Cæſaris imago. Sig. D. G. Rom. Imp. ſemper Aug. Boemiæ, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex. Alterâ parte imago urbis cum porta, in qua: Aurea Roma circumſcriptum:

Roma caput mundi regit orbis frœna rotundi.

## *Traditiones Nobilium.*

Sigirithus Epiſcopus Muntriching villam.
Alprih germanus Tuiſprun.
Sigirith Parping, Lurini, Wiſunte.
Egilpert ad Salla: Hunrich Aotachar armiger.
Sindpertus Epiſcopus Sunnihhinga, Piparah.
Huſnii & Pezzi Wihmuntingn.
Mecol, Egil, Cundpald Phetarah. Reginperth Rodpert, Cundpert, Oparumhuſen.
Topizeo Purcher Ludco Wilpah Catzpah.
Hrhamwolf Sphethrem, Erempert Odalſchalc Uſtrdinga Wicpot Colmpah.
Reginwart, Scaonhernga, Herperth, Heidſolch, Kronunpah.
Popo, Hiltirochersdorff, Walhmut Snudinga, Huſinc Cummuntinga.
Cotuni Nendilo Adpohhe.

## *Injuſtè ablata:*

Lewic in Sundergow Wolſpero tradidit conſenſu Theſſolonis, Aotolphus abſtulit ita quod Hraffolt dederat.

Rupo dat juxta fluenta Lapara abſtulere Abbatiſſæ Analburgæ. * homines. * in marg. *Labara Labarii.*

Pernger dedit Hinterpuoh, abſtulit Heidſolch.

Einhard, Sigibald, dedere X. vineas ad montem Grinlo ſive ad Gozboldesperg, nec non Wehihinberg idem juxta Danubium, ipſæ vineæ primæ ad Clitesbach ſive ad Bogana.

In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ludovicus divinâ ordinante providentia Imperator Auguſtus Patagero vaſallo fideli conceſſit in perpetuitatem quamdam villam juris ſui propè flumen Emſa (m) in comitatu Geroldi Comitis, quæ dicitur Granesdorf, quæ ſita eſt in parte Sclavanorum XII. kal. Januarii. anno Chriſto propitio, imperii Domini HLudovici piiſſimi Auguſti XXI. Aquisgrani in palatio. (m)

Nos Ludovicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bojariæ. Ait, quod Altah inſtitutionem & deſtitutionem in curia quam apud Ingelſtat haberet libera quoad jura & ſervitia Eccleſiæ recognoſcat, & eidem ſalvo jure advocatiæ præſentibus jura eadem confirmat. Datum Ingelſtat MCCLXXV. pridie kal. Junii.

(n) In nomine S. & individ. Trin. HLud. Divina favente Clementia Rex &c. probat traditionem Briwini fidelis Ducis quam conſenſu ſuo fecit. Dedit enim Otgario Abbati quæcunque de ſua proprietate habuit ad Salapurgiti (o) infra iſtos terminos: in Orientem ultra fluviolum Sala usque in Slougenzin Marcham & Stresmarn & ſic ſurſum per Salam usque Waltungesbuch & ſic inde usque in Rhabagiskeit & ad Chiriſtetin. x. kal. Marcii. XXVIII. regni. Reganesburch. (n) (o)

Idem: ob petitionem Eginulfi fidelis ſui dat res ſuæ proprietatis quas Pater ſuus Reginolſus & Reginbertus poſſedere, Otgario Abbati, quantum in vinis prope Monaſterium Altaha, in pago Quuinzingew in territorio Sweinaha. XV. kal. Sept. XXV. Regni. Ratisbonæ.

Et alibi. Otgarius adit, rogat quasdam res proprietatis ſuæ adſentire in villa Nabwinda juxta rivulum Trebniam. Præterea con-

(k) ita in autogr. *Aventini*, initium nominis litura tegit.
(l) ſub hoc *Aventinus* Monaſterium adiit, & hæc collegit.
(m) Gevvoldus edidit *Eniſa.* in autogr. Aventini; legitur ita: *Emſa.*
(n) exhibet Gevvoldus *Metrop. P. II. p.* 11. nos excerpta *Aventini* damus, ut conſtet de ejus fide in excerpendo adverſus ingratos obtrectatores ſuos, qui cum omnia illi debeant, omnia illi detrahunt.
(o) apud Gevvoldum loc. cit. *Salipingiti.*

confirmat donationem Caroli avi sui Scalcobach, sicut ipse rivulus fluit in occidentalem partem usque in Dagodeas marcha, & in orientalem plagam usque ad Ruzara marcha, atque eum locum, quem vocant Cidalaribach in saltu Enissæ fluvii, qui jacet inter Danubium & Ibisam atque Hurilam in meridianam partem usque in verticem montis & ad Biugen. Heberhardus Notarius, ad vicem Grimaldi Archicapellani. xvi. kal. Julii. xxi. regni. Ostermuntinga villâ regiâ.

Arnoldus Dux distribuit prædia militibus. Gratia ab sequentibus Imperatoribus Ottonibus & Henricis data cœnobii immunis à militia sit.

Ludovicus Dux Pater Otonis fatetur impr. debere pro Altahensi & Tegernseensi Ecclesiis Herschilt.


In nomine Patris & Filii & Spiritûs S. Carolus Serenissimus Augustus, à Deo coronatus, magnus pacificus Imperator, qui & per misericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum, Fulrado Abbati aperit concilium habiturum in Saxonia anno præsenti in adventu, super fluvium Rota, loco Scarafur, præcipit ut cum hominibus . . . armatis pleniter præparatis adsit. xii. kal. Julii 47. diebus ante missam Johannis Baptistæ, & quocunque ire jussus exercitaliter ire possit, hoc est cum armis utensilibus, instrumento bellico, in victu & vestimento, unusquisque caballarius habeat scutum & lanceam, spatam & semispatam, arcum & pharetras cum sagittis, in carris vestris utensilia diversi generis, id est annada doletaria, tarratros, ascias fosorias, pallas ferreas & cætera utensilia, quæ in hostes sunt necessaria. Utensilia verò de cibo in carris vehat, de illo placito in futurum ad tres menses, arma & vestimenta ad dimidium annum cum bona pace pergere ad locum prædictum per quamcunque regni partem rectitudo itineris vos ire fecerit, hoc est, ut præter herbam & ligna & aquam nihil de cæteris tangere præsumatis, & uniuscujusque vestri homines unà cum carris & caballariis suis vadat & semper præsens cum eis usque ad locum prædictum, ne absentia Domini det locum hominibus suis malefaciendi. Dona quæ nobis debes ad placitum præstare nobis medio mense Majo transmitte, ubicunque tunc fuerimus, si fortè incertitudo itineris ita se comparet, ut nobis per te ipsum in profectione tua præsentare possis, hoc magis optamus. nullam negligentiam habe, & gratiam nostram velis habere.

In nomine Sanctissimæ & individuæ Trinitatis. H. D. F. C. Rex. Ob juge servitium Abbatis Ratmundi Altahæ dat X. mansos Zaioue in præsidio terminorum Sigefridi Marchionis in pago & comitatu ejusdem. Signum D. H. Regis invictissimi



vi. Id. April. MXLV. Henrici XVII. (p) (p)

In nomine S. & I. Trinit. Arnolfus D. F. C. Imperator Augustus, ait concessisse precibus Engelmari Episcopi operario fideli suo in proprium in pago Tounchgowe comitatu Paponis Comitis nostri loco Strupinga hubam quam servus suus Tan habuit. iii. Non. Maji. DCCCXCVIII. regni X. imperii II. Actum ad curtem Feldei. (q) (q)





In nomine S. & I. Trin. HLudovicus D. F. Clem. Rex. Joperth cum consensu suo & Tutonis Episcopi tradit prædia, quæ habuit ad Strubingun & Simplichen Divo Mauritio Altah cum X. mancipiis (r), uxor ejus Vastrada. precario accepere Oetilinga. Heригoltus Advocatus. Signum HLudovici piissimi Regis (r)




iii. kal. Majarum die. DCCCCV. regni VII. Regina civitate. (s) (s)

In N. S. & I. T. H. D. F. Clem. Rex. Abbati Godehardo dat aream Ratisbonæ, plateæ quæ ducit ad flumen adhærentem. Signum Domini Henrici Regis invictissimi



iii. Id. Julii. MCC. Regni I. Babenberch.

Compascuus ager dicitur *Psuech*.

Idem ut supra abbatiam in tutelam recipit cum omnibus enumeratis villis dat immunitatem. vi. kal. Febr. MIIII. regni III. Alsteti. Engilbertus Cancellarius vice Willigisi Archicapellani. Ut supra: reddi jubet vi ablatam villam Flinspach in pago Sweinchgaw comitatu Thiemonis Comitis & quicquid inter Wintzer & Hofakirchen. Non. Novembris. MV. regni IIII. Werde.

S. Godehard Pater, Ratmundus Magister. Præceptor Odalguii à Friderico Archiepiscopo Salzpurgensi, qui tunc *Alta* in beneficio habuit, fit Acolytus & Subdiaconus, ordinatur in præpositum Canonico-

Yyyy 3 rum,

(p) integrum exhibet Gevvoldus *loc. cit. pag.* 17.
(q) Gevvoldus *loc. cit. pag.* 13. exhibet integrum. quædam hic aliter.
(r) Gevvoldus *loc. cit. pag.* 14.
(s) Gevvoldus *loc. cit. pag.* 15.

rum, à Pilgrino Episcopo Pataviensi fit Diaconus, à S. Wolfgango, Sacerdos sub Erchanberto Abbate XII. kal. Januarii in hoc cœnobio *. Extunc Canonicus, Monachum vovit. DCCCCXCVII. fit Abbas, præsentibus Henrico Duce quatuor aliis Episcopis & Proceribus Bojorum VI. kal. Januarii ordinatur. Obiit anno MXXXVIII. fit Præpositus MXXII. Abbas XXVI. Episcopus XVI. Canonizatus MCXXXI.

* *scil.* Altahensi.

In nomine Sanctissimæ & individuæ Trinitatis H. divinâ favente Clementia Imperator Augustus, Dietmaro Abbati, in comitatu Thiemonis Præsidis in villa Hilgersperg Mercatum, Theloneum, concedit. Signum Domini Henrici III. Regis &c. (t) XI. kal. Martii MXLIX. anno Domini Heinrici &c. ordinationis ejus XX. regni X. imperii III. Actum Babenberch. Wintherus Cancellarius vice Bardonis Archicancellarii recognovit.

Idem Imperator Agnæ uxoris rogatu & Gebhardi Ratisbonensis, Gebehardi Eistatensis Episcoporum Ratmundo Abbati ob fidele servitium, tres regias Hubas in orientali pago juxta flumen Swarza à termino proprietatis quam possidet Ulricus filius Thiemonis Comitis. VI. cal. April. MXLVIII. Ordinationis XIX. Regni IX. Imperii II. Ratisbonæ. Wintherius Cancellarius ad vicem Bardonis Archicancellarii. (u)

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis H. divinâ favente Clementiâ Rex instinctu Eberhardi (x) Salzburgensis, Altmanni Pataviensis præsulum mulieri cuidam Luntwich dat Asingun in comitatu Ekkeberti Comitis in pago Chunzingowe. MLXXVII. ordinationis XV. regni XI. Ratisponæ.

In nomine S. & I. T. Eberhard Dei gratia Episcopus Babenpergensis fatetur Bolislaum investituram accepisse Pontificatûs, quem decenti comitatu adiit. IIII. Non. Febr. anno regni Domini Friderici Regis Romanorum primo. MCLIII.

Henricus Dei gratiâ Babenpergensis Episcopus: privilegium Ludovici invenisse in Sacrario Bambergensi. Datum Altah: MCCLIIII. mense Februario. Confirmant H. & L. fratres. ne Duces conveniat.

Ludovicus Dei gratiâ Palatinus Comes Rheni Dux Bavariæ. Confitetur Ekkobertum Episcopum Babenbergensem se & Ottonem filium Palatinos Rheni hærédesque suos, feodo, quod Albertus Comes antiquus de Pogen, pater istius Comitis, qui nunc superstes est, ab Ecclesia Babenbergensi tenuit, & quod iste & frater suus contra justitiam & voluntatem prædicti Episcopi violenter tenuêre, infeudâsse à Patavia ex utraque parte Danubii versus Ratisbonam & ultra protenditur, ut de hoc feodo nihil alienemus nec vendamus nisi consensu Babenbergensis, contentus sit antiquo jure in omnibus Babenpergensi adsit. Excepit Episcopus villam Nizzilpach & alias intermedias villas usque Wintzer. Sigillata Ser.mo Domino nostro Henrico Romanorum Regi, Adelberto Magdeburgensi Episcopo, Ekkeberto Bambergensi, Henrico Wormatiensi, Henrico Eystetensi, Lupoldo Duci Austriæ. Testes Rupertus Comes de Castel, Chunrad Præfectus Nurnberg, Hermannus Marchio de Baden, Rudolph Palatinus Comes de Tuwingen, Ulricus & Eberhardus Comites de Helffenstain, Eberhardus Comes de Eberstain (y), Harmannus Comes de Dilingen, Fridericus de Truhuding, Gotfridus de Hohenloh (z). Dapifer de Waldpurch. Chunrad Pincerna de Windstetin, Chunrad de Winsperg. Ezeling MCCXXVIII.

Gotzbaldus Abbas accepit ab Gregorio Papa membra Sanctorum Felicissimi & Agapiti, quæ Iserhoven stabilit.

Gundbaldus Comes filius ejus. Egino Clericus.

Henricus IIII. de Advocatis hoc statuit, ut Advocati ad placitum *semel in anno* * veniant, quam præceptum plus non exigant ibi, nisi 2. modios tritici, 2. porcos, 3. cados vini vel medonis, 10. cados cerevisiæ, 5. modios avenæ in pabulum triginta equorum.

* lect. dub.

Circa annum MCLVI. Adrianus Papa Quartus. Nos Eugenii Papæ instituta & Chunradi Friderici Imperatorum Leges sequimus, qui nullum posthàc in Teutoniæ regno subadvocatum super aliquas Ecclesias decreverunt nullatenus admitti, omnibus ergo abjudicamus jus subadvocatis.

Guntherus A. MVI. fit Monachus, anno MVIII. heremum intrat, construxit Richnach, consecratur à Berengero Episcopo Bathaviensi A. MXXIX. Traditur Altah ab Henrico III. A. MXL. vixit post VI. annos in ulteriori heremo Breznich per Bretislaum Ducem sepeliendus ducitur ad Monasterium Breunowen. Obiit MXLV. **

** vid. Gevvoldum pag. 22.

Rudolphus D. G. Romanorum Rex semper Augustus dilecto Principi suo Abbati in Nidernaltach dat primarias preces Sifrido de March ut Mos imperii, Hagnaw. MCCLXXIIII. III. kal. Martii regni primo.

Regnante in perpetuum Domino nostro Jesu Christo. Refert totam vitam Christi & articulos fidei. (a) Ideo ego Thasilo vir inlustris, Dux Bauuarorum anno ducatûs mei XXX. Cum animo revolvi majores meos, qui templa cœnobia ditârunt, construxerunt. Ideo & ego construxi juxta fluenta Chremisce fluvii in honore S. Salvatoris, dedicavi, dedicatum tradidi, Abbatem & fratres constitui cum Monachis. Ideo ego Thasilo anno XXX. (b) ducatûs mei

(t) exhibet Gevvoldus p. 16. eadem in Dipl. Henrici II.
(u) Gevvoldus *loc. cit. pag.* 18.
(x) in autographo Avent. *Geberhardi.*
(y) hunc testem non habet editio Gevvoldi *pag.* 22. *loc. cit.*
(z) neque hunc habet apogr. Gevvold.
(a) *in marg. manu Aventini* A. C. 778.
(b) *in marg. manu Gevvoldi* Utilo pater Tassilonis XXXVII. obiit 756. Fuit ergo hic annus 786.

mei ſimúlque dilectiſſimus filius meus Dictho anno ducatûs ejus primo, tradimus omnes homines, qui ibi habitant, & ibi cuncta culta inculta, ſalinam à Sulzibacha tres ibi homines habitantes ſalem coquentes. Teſtes: Virgilius Epiſcopus (*Salzeb.*) Simprecht Epiſcopus (*Ratisb.*) Waltrich Epiſcopus (*Batav.*) Oportunus Abbas, Wolfprecht Abbas (*Altabenſis*) Atto Abbas (*Manſee*) Caozrich Abbas, Hrodhart Abbas, Utoh Comes, Magilo Comes, Saluzho Comes, Reginolt, Adolger, Harmicd. Scripſi ego Willabrecht indignus Diaconus ex ore Suelhardi Diaconi, juſſus à Sereniſſimo Principe Thaſſilone. Acta in prædicto Monaſterio. Quæ habuêre in Hal vendidêre Eberhardo Epiſcopo Salzburgenſi anno
1219. MCCXIX.

Gregorius Diethmaro Abbati dat infulam.

In nomine Domini Amen. Ego Albertus Comes de Pogen &c. confirmat traditionem fratris ſui Bertholdi mortui apud Damiatam præſente Luipoldo Duce Auſtriæ, ut ei morituro promiſit de Eccleſia
(c) Oenipruck (c). MCCXXII. vi. kal. Sept. Poppo de Geltolfing, Ulric filius, Albertus de Satelpogen, Heinric de Pſoling, Rudolphus de Woldpñburg, Mengot de Peugchoven.

Bertholdus Comes de Pogen ob delicta confirmat traditionem, quam fecit iturus Romam cum Ottone. Plaedling MCCXVII. Regnante Friderico Imperatore xv. kal. Decembris. Teſtes ut ſupra. Roſſel, Chunrad de Putznhofen, Albertus de Owe, Meingot de Puetzchoven. Albertus de Haibach.

In nomine Domini Amen. Ego Albertus Comes de Pogen &c. fatetur cum Poppo Abbas (cujus ipſe advocatus) Rapotonem & Henricum Comites de Ortnperg, fratres Alramum Albertum de Halſe, fratres de Ahuſen, pro gravibus damnis ſibi ab ipſis illatis apud Cæſarem Papámque graviſſimè accuſaret, ipſique in invidiam ipſius Alberti Pogii ſatisfacere conſtituerent, niſi ego pollicerer ac caverem publice, nec quicquam de prædiis ejusdem, quæ daturi eſſent, jure advocati poſcerem, nec ratione horum quicquam ab Abbate aut Cœnobio poſtularem. Conſentit promittit, ne interturbetur pax, cedit quoque in prædiis, quæ Babo & Albero Domini de Teholfing contulere templo, precibus Popponis motus quoniam inquit ſæpius deliqui in Divum Mauritium, traditque inſtrumentum publicum. Nomina prædiorum, in quibus jure advocatorum nihil habet: Smidorff, Pering, Thaimarspach, Walhenſtorff, Oxing, Imzing, conceditque, ſi moleſtus fuerit ipſe aut ſui judices templum (d) eligat alium Advocatum. Plaedling A. MCCXXII. Teſtes: Henricus de Pſoeling, Chalhohus de Wintzer, Albertus de Nusberg. (d)

Albertus Comes de Pogen, dum iturus Jeruſalem venit Altah, dederat Pebrah, Girſtal. Dietmaro Abbati renovat in Werde, Mutam cedit. Rudgerus ſcriba, Ditricus de Wintzer. Naterperg MCCXXXIII. Non. cal. April.

Oto Dei gratiâ Palatinus Comes Rheni Dux Baw. Hermanno Abbati confirmat Ænnibrucke donationem factam à Bertholdo Comite de Pogen fratre ſuo, ea tamen Lege, ſi reſciverit (e) ipſum ſine conſenſu (e) ſuo & patris ſui Ludovici Ducis nihil valuiſſe donationem, ipſe irritam eam habere velit. Teſtes: Otto Comes de Gruenbach, Alramus de Hals, Alhardus de Priſing. Sifridus de Frowenberch, Chuno de Cuſterndorff, Albertus Judex de Strawing, Ulricus Plebanus de Vihta, Bichpertus Notarius Strawbing. A. MCCXLII. pridie Nonæ Decembris.

Otto Dei gratiâ Comes Palatinus Rheni, Dux Baw. commutationem recipit ab Abbate Flinsperg caſtrum (quod Albertus quondam Comes de Pogen frater ſuus in prædiis Altahæ extruxit, cui mortuo ipſe jure ſucceſſit, quod opportunum ad tuendam provinciam monaſteriúmque, cum vineis, ſylvis, pratis, paſcuis, prædiis adjacentibus, hoc eſt: villâ Flinspach, Mitterdorff, Catlarn, Nezzelbach, Cohah, Reinhardesperg, Wilhalmſperg, Hohenperg. dat prædia meliora pro C. tt. conſentientibus Ludovico & Henrico, Eliſabeth, Sophia, Agnete liberis ſuis (f) Mundriching duæ curiæ, XIII. hubas, Molendinum (f) cum hominibus agris. Prædium in Otalinga, curiam unam Ingolſtat, Hubam Ottlingen. In quibus judicem dabit, ſed nihil recipiet, nec exercebit, niſi in furto, homicidio, effuſione ſanguinis, violento coitu. Remittit antiquum jus receptionis trium librarum.

Tradit quoque decimas omnium ſuarum rerum, quæ in cellariis vel granariis caſtrorum Flinſperg & Weizzenſtain & in prædiis noſtris in Schuttenhofen colliguntur, vel colligi poſſunt in futuro. Mutam remittit aquâ & terra in toto Bawarico ducatu in victualibus. Promittit tutelam.

Jus patronatûs in Hetzelbach, Flinspach in Wintzer templum ſervat.

Sigillatum à Duce, Agnete uxore, Hermanno

(c) Gevvold. pag. 5. *Empruckh.*

(d) apud Gevvold. pag. 5. legitur *Abbas.*

(e) Gevvoldus p. 5. habet *fateatur*, noſtra etiam in iis, quæ ſequuntur, pleniora ſunt, & longè alium ſenſum habent, ac legit Gevvoldus.

(f) Agnetis hujus memoria huic debetur diplomati; eam enim Genealogi omnes omiſêre, atque adeo ipſe, qui Aventiniana hæc excerpta præ oculis habuit, Gevvoldus. Ejus autem hæc ibidem nota eſt minio adſcripta: *Agnetem non invenio in genealogia Ducum. Fortè pro uxore iſtam poſuit.* Cui perſuadeat Gevvoldus, matrem filiabus poſtpoſuiſſe, eo loco ubi expreſſè liberorum ſuorum meminit? Quin Agnetis uxoris poſtea meminit diploma eámque id ſignâſſe tradit, uti etiam habetur apud ipſum Gevvoldum. *P. II. Metrop. pag. m. 5.*

manno Abbate. Testes: Rudegerus Patha-
viensis Episcopus, Hartmannus Comes de
Dyligen, Fridericus de Truheding, Ludvi-
cus filius. Fridericus & Gebhardus Lant-
gravii de Liukgenberg, Gebehardus Co-
mes de Rotteneckke, Alramus de Hals &
Henricus de Poumgarten liberi. Henricus
Monstariensis Præpositus, Gotfridus Ca-
pellanus, Swikgerus Notarius, Ulricus Ple-
banus in Viehta. in Monasterio Altah. xvi.
kal. Novembris MCCXLIIII.

Richardus Dei gratiâ Romanorum Rex
semper Augustus, dilectis in Christo, De-
cano totique Capitulo majoris Ecclesiæ Pa-
taviensis gratiam suam & omne bonum.
Prædecessorum nostrorum ac Imperatorum
Romanorum vestigiis inhærentes, qui in
qualibet sui regni Ecclesiâ collegiata sem-
per unius personæ provisionem petere, &
cum omni promptitudine exaudiri * uni-
versitati vestræ pro Ludovici dilecti Prin-
cipis nostri, Ducis Baw. Illustris, Notario
primitias precum nostrarum duximus por-
rigendas regiâ mandantes autoritate, qua-
tenus ipsum ob Sacri Imperii & nostram
auctoritatem in Canonicum recipiatis, &
in fratrem de præbenda provideatis, atque
quamprimum ad id obtulerit se facultas ta-
liter id faciatis, ut inde devotionem ve-
stram teneamur meritò commendare. Da-
tum Feria II. post Pentecostes, indictio-
ne XV.

* subaudi: *consuevere* vel simile quid.

Alfonsus Dei gratiâ Romanorum Rex
semper Augustus Castellæ, Toleti, Legio-
nis, Galliciæ, Siviliæ, Cordubæ, Marræ
Ezechenvy & Algarbæ Rex, *Dux Sueviæ*
dilecto & devoto suo & amico charissimo
Principi suo laudabili Senatori & discreto
Senatui & honorabili populo almæ urbis
plurimum diligendis & etiam excellenter
honorandis gratiam suam & omne bonum.

Otto Dei gratiâ Comes Palatinus Rheni
Dux Baw. Judicibus suis de Schutenhofen
& Fihta, Flinsperch, gratiam suam & om-
ne bonum. Narrat, quod perpetuo dede-
rit Altahæ decimas omnium bonorum in
cellariis & granariis Flinsperg, Weissen-
stein, Schutenhofen, præcipit, ut id exe-
1246. quantur. Landaw. MCCXLVI. xv. kal.
Julii.

Idem omnibus Mutariis præcipit, ne
quicquam perpetuo exigant mutæ ab Alta-
ha. Landawe. MCCXLVI. xv. kal. Julii.

Hoc revocat Henricus Dux litteris in
1255. Straubing mense Majo. MCCLV.

Otto Dei gratia Palatinus Comes Dux
Baw. Officialibus mandat, ut omnium bo-
norum decimas, quæ ipsi ex morte Rapo-
tonis Palatini Comitis evenerunt Ecclesiæ
Altahæ dent, postquam in cellaria granaria
1249. conlecta. Plaedling. III. kal. Febr. MCC-
XLIX

1259. A. MCCLIX. Chunradus de Pesenhau-
sen, filia ejus Juta degunt in Landaw.

A. MCCXLIII. IIII. kal. Aug. Otto pri- 1243.
mogenitum servi ducentis servam Ducis
dat Altahæ. Reliqui æqualiter dividantur.
Testes Rapoto Comes Palatinus, Comes
Chunradus de Wasserburch, Alramus liber
Hals, Henricus Prothonotarius, Alhardus
de Preising, Sifridus de Frawenberch, Si-
fridus de Frovenhofen. Actum Altahæ.

Idem præcipit, ne quidpiam alienetur
sine consensu suo se enim provisorem om-
nium Cœnobiorum. apud Schyram pridie
Idus Octobris. A. MCCXLVI. 1246.

Henricus D. G. Dux Baw. de servis Ot-
tonis primi privilegium confirmat. Hatn-
berch. A. MCCLVI. IIII. kal. Jan. 1256.

Henricus D. G. Comes Palatinus Rheni
Dux Baw. asserit Wilhelmum de Khirberch
Ministrum suum Licentiatum à Gertrude
uxore Deo serviturum oratione perpetuâ,
ideo hæreditatem suam quam habet in
Chirchberg, Aw, Sweinbach per Alber- 1267.
tum de Hals, tradit Hermanno Abbati,
confirmat. Testes: Albertus de Hals, Al-
bero Waller, Hiltprand de Puechberg,
Henricus de Alnchoven, Henricus de
Mosdorff, Albertus Closner, Renaldus de
Aia **, Hugo Hartwicus fratres de Frein-
dorff, Luipold de Haiming, Fridericus de
Ramspach, Henricus de Pumpfling, &
alii multi. Chamb III. Idus Sept. A.
MCCLXVII.

** *Avent.* fortè *vom Aigen.*

In nomine Sanctæ & individuæ Trinita-
tis. Ego *** Albertus Comes de Pogen,
cum ex mandato Serenissimi Imperatoris
Friderici in Apuliam iturus essem ob scelera
commissa in Altaha Luipold fratris bona
juste possessa ab avis proavis progenitoribus
Popponi Abbati tradit, qui 74. (g) libras Co- (g)
mitem à creditoribus redemit, cui hacte-
nus nullo beneficio responderat, donat Pi-
brah cum pertinentibus, scilicet Visch-
paha Gerstal Aennepruck, & quæ intra
minus (h) ad id pertinent. Testes Perin- (h)
cherus Comes de Lowenperch, Hermañus
de Lichtenberch, Chunradus de Wihs (i), (i)
Gerhohus de Fraemrichberg, Albertus de
Erlpach, Mengotz & frater ejus de Peutz-
koffen. Abbates: Chunrad Windperg,
Ulricus Altah: Reucher Metensis: Plebani:
Dietricus, Chuno, Ulrich, Gutram, Chri-
stan, A. MCCXXV. Non. Febr.

*** *Gevvold. pag.* 5.

A. MCCLXXIIII. Episcopi in Concilio
Salzburgensi: Leo, Petrus, Bruno, Wern-
hard, Joannes, Ratisbonensis, Pataviensis,
Brixinensis, Secoviensis, Chiemensis. (k) (k)

Rapoto Dei gratiâ Palatinus Comes
Bawariæ, Hermanni Abbatis precibus mo-
tus Mutam quam habuit à progenitoribus
in Pleinting perpetuo remittit. Apud di-
ctum inquit oppidum nostrum Pleinting,
vel

(g) ita Aventinus: Gevvoldus inversis num. 47.
(h) *in autogr.* fortè: in terminis.
(i) *Aventinus in marg.* nota *Weichse.*: Gevvoldus add. *scilicet Travvblingen.*
(k) adscripsit Aventinus paucula excerpta è Canonibus Concilii, sed nos integrum exhibemus alibi è Cod. MSC.

vel ubi Mutam posuerimus, nihil det. Pleinting. v. Idus Martii MCCXLVII.'

Henricus D. G. Comes Palatinus Rheni. D. Baw. refert Hermanni precibus motum recompensare injuriam à genitore suo Otone & se illatam Altahæ, primo dat decimas de cellariis & granariis cameris infra scriptarum possessionum: Maessing, Tahenberch, Richenberch, Rotenberch, Guzpach Marquartstain, quæ inquit à Nepte nostra Elizabeth filia Rapotonis quondam Comitis Palatini Bavariæ & marito suo Hermanno Comite de Werdenberg ad nos sunt justo emptionis titulo devoluta. Immo & de universis bonis in Austria ad nos ab eadem nepte nostra & marito ejus prædicto titulo devolutis.

Item de omnibus pertinentiis castri in Geren quod à Nobili Viro Chunrado de Lukburch comparavimus.

Albertus quondam Comes de Pogen patruus noster pro damnis inlatis dedit pebra cum pertinentiis, quæ sunt ad LX. beneficia, quæ ex morte fratris Luipoldi Clerici ad ipsum jure hæreditario defluxerant, unà cum jure patronatûs Ecclesiæ Geyrstal. 2. curiis Rubendorff & Ewich, omnia hæc prædictus Otto genitor noster sibi retinuit mortuo eodem Comite in recompensationem concambii prædiorum circa Flinsperg.

Et cum nos castrum in Flinsperg non haberemus necessarium ex inductu quorundam Consiliariorum suasione attraximus nobis sine voluntate Abbatis prædium Mundriching, duas curias villicarias XIII. hubas, aliis quibusdam possessionibus, quas pater dedit, restituens eis tantum prædia circa Flinsperch.

Testes: Otto Præpositus Salzburgensis Papæ Capellanus, qui & sigillat, Berthol. Monasteriensis Præpositus, Sifrid de Frumberg, Ulrich de Chamberch, Henricus de Pfoling, Gerhohus de Fremlemsperg, Marquardus Marscalcus de Shrofnhusen, Otto de Strubing. Vilhoven per manus Henrici Notarii. XIII. kal. Mart. MCCLX. 1260.

Illustri Viro Domino Henrico Principi, Duci Baw. Com. Pal. Rheni charissimo tanquam patri & speciali amico suo Manfredus Divi Aug. Imperatoris Friderici filius, D. G. Princeps Tarentinus, honor Montis Sancti Angeli, Domini & Inlustris Regis Chunradi in regno Siciliæ Balius generalis S. & Dilectionis perpetuæ firmitatem. Addit Avent. *Chremensi Documento.*

## II.

## *Joannis Aventini Antiquitates Osterhovenses.*

ANno MI. Henrico III. Duce Bojorum adsumente Imperium Henricus Patruelis ejusdem Imperatoris succedit nomine Hezel, hic duobus filiis orbatus, quos Hunni interfecerunt, Chunradum hæredem sibi instituit. Anno Christi MII. Osterhoffen fundat sed imaturâ morte præventus, Imperatorem Henricum hæredem relinquit, qui cum Chunegunda uxore Episcopatum Babenbergensem ac Monasterium Osterhofen ex Patrimonio superioris Ducis perfecit, Canonicósque seculares ibidem instituit. Post annos verò centum, Otto Sanctus Episcopus Babenbergensis consilio D. Nordoberti anno Christi MCXXXVIII. (l) Lothario Imperatore Præmonstratensem introducit Religionem.

Osterhoffen Utilo Dux sepultus cum uxore Hyldruda & Nicostrata extruxit, ab Hunnis destructum ab Henrico restauratum ita in Chronico Ducis Georgii (m), & Vitus Ariobacca Landeshuta oriundus, scribunt; quod & verisimile est.

Duos Henricos ibi sepultos esse ajunt alii, ultimum à Consiliariis occisum suis & strangulatum.

*MCCCLXXVII.* In Gregorii festo obiit Leupoldus Comes de Hals Advocatus hujus Ecclesiæ.

Epitaphium Abbatum in Osterhofen:

Nobis Prælati quondam sunt hic tumulati
Da Deus ut grati tibi fiant incinerati.

*A. MCCCLXXV.* Leupoldus Bojus Comes de Hals Advocatus hujus loci sine liberis obiit Viennæ Gregorii, succedit Joannes senior Lantgravius de Lewtenberch in comitatu & advocatia. Qui anno *MCCCLXXVIII.* forum prope Monasterium à suo nomine nuncupatum jussit transferri & in alium locum mutari, ipsum in civitatem commutavit, quam nomine Monasterii & fori nuncupavit, stagnisque ambiri jussit.

*Anno MCCCLXXX.* Gravis pestilentia in hac terra.

In Diplomate Ludovici Regis Bojorum invenio datum Osterhofen palatio nostro. Osterhofii duo sepulchra ex alabastro, unum in choro, ibi Henricus Dux Fundator sepultus refertur, in dextra filius sepultus refertur. Extra chorum ad sinistram sepulchrum itidem ex alabastro visitur, ibi uxorem ejus sepultam ajunt. Ipse noluit eam secum sepeliri, quod res suas non huic Monasterio sed Ratisbonæ tradidit.

Secto quadróque lapide extructum monumentum inter multorum Nobilium sepulchra



(l) delevit postea, & in marg. correxit MCXXVII. ex monum. Altahensi. Hundius tamen & Gevvoldus, cui utrique rapsodiorum Aventini copia fuit, nihil mutârunt.

(m) Georgii Hauerii de quo alibi, & Viti Arenpeckii à Cl. Bern. Pezio edito.

pulchra Richardis Comitissa de Scheirn, maritus Prisling sepultus.

*Anno MDXIIII.* Vincula Petri fulmine tactæ turres conflagrârunt.

Osterhoffen ibi Sacellum D. Martini, *Sigestat* inter Cœnobium & civitatem, ibi Henricus Quartus bellum cum Ungaris gessit, junior ibidem è filiis suis in prælio sagitta percussus dolore in Cœna Domini obdormivit usque Pascha, hinc Cœnobio nomen datum. Sed fabulæ sunt, nam longè ante Osterhoffen.

Albertus Comes de Pogen dat fratribus Pogen vectigal per comitatum suum in Austria & Danubio anno MCCXXIX.

H. de Phöling, Rudolf Rouch, Gotfrid de Schambach, Albertus de Erlpach, Ditmarus de Poding *. * lect. dub.

Ludovicus D. G. Comes Palatinus Rheni Dux Bawariæ decimas Strubing & Ellenpach. Actum MCCXXX. in Rietenburch. Anselmus de Hutting, Chunradus & filius ejus . . de Hohenvels, Pincerna. Luitoldus de Augra & filii ejus, Ulrich, Ludwich Pertholdus Pincerna de öde. Henricus Notarius.

*Wir Johans Landgraf zu Leuchtenberg und Graf zue Hals* commutat pro agris in quibus civitas ædificata & pratis, quæ stagnum occupat MCCCLXXXI. Jovis ante Thomæ Apostoli.

Ludovicus D. G. C. P. Rh. D. B. Tutor patruorum (n) suorum Henrici Ottonis & Henrici Ducum Bavariæ inlustrium, adhibitis patruorum suorum Nobilibus dicit se Monasterium in tutelam accepisse. Datum Braunowe. MCCCXIII. Nicolai.

Oto D. G. C. P. Rh. D. B. confirmat donationem Ludovici Patris. Suum Capellanum facit, Magistrum Eleemosynæ, in latere sedere. Comes Henricus de Mosburch, Comes Oto de Grunpach, Cuno de Gern, Cunrad de Hohenfels, Alhard de Prising, Suicardus de Fruhoven, Suifridus de Frowenheb, Cunradus Notarius de Haildberg. Landshuotæ MCCXXXI. IIII. kal. Novembr.

H. D. G. Comes de Ortnberch, donat Fratribus D. Margaritæ Osterhofn, vectigal apud Vilschoven civitatem nostram, Werngardus de Runting, Henricus de Bomgartn Nobilis. MCCXXXVI. Datum Vilschove xv. kal. Maji.

Ch. D. G. Boemiæ Regina Ducissa Austriæ, Stiriæ & Carinthiæ Marchionissa Moraviæ, Domina Carniolæ, Marchiæ & Egræ ac Portus Naonis per Austriam migrantibus, bona fratrum Divæ Margarethæ in tutelam recipit (o), vectigal per aquas dat. Datum Chrems. xv. kal. Nov.

Fridericus Dux Austriæ remittit Mutam MCCXCVI. VIII. kal. April. regnante Domino Adolpho invictissimo Romanorum Imperatore & semper Augusto Imperii ejus sexto. Prius in expeditionibus suis graviter nocuerat Monasteriis, Otakarus Dux Austriæ Stiriæ & Marchio Moraviæ, & ab Atavo Leupoldo Friderici in obsidione castri Ortenberch gravatum & læsum nimium Osterhofen fuerat MCCLII. VI. Id. Octobr.

Albertus Comes de Halse dat eleemosynam anno MCCLXXXII.

Ekkebertus D. G. Babenbergensis Episcopus ait habere hoc privilegium L. D. G. Pal. Comes Rheni Dux Bauwariæ, ait se ab Ekkeberto Episcopo & Ottonem filium & hæredes infeudatos de feudis Alrami & Alberti fratrum de Halse, quod ab ipsis evicit, & sententiam obtinuit coram Rege. Sigillata Serenissimi Domini nostri Henrici Romanorum Regis, Alberti Magdeburgensis Episcopi, Henrici Wormatiensis, Henrici Eistettensis Episcopi, Leupoldi Ducis Austriæ suo & filii. Testes: Rudolf Palatinus Comes de Tuowing, Hermanus Marchio de Baden, Chunrad Burggravius de Nurnberch, Hermannus Comes de Dilingen, Fridericus de Truhedingen, Dapifer de Walpurch, Chunrad Pincerna de Winterstete, Chunrad de Winsperch, Gotfrid de Dikknbach, Hartwicus de Hirzperch, Leutoldus Pincerna de Vogelsperch, Hademarus de Kunring. Acta Ezzelingen MCCXXVIII.

*Wir Albrecht und Alram Grafen von Hals.* Lis de via facienda inte Ulricum Abbatem & vicum Osterhofen. *Werd von Pöding.* MCCCXV. undecim millium Virginum.

---

(n) Aventinus sæpius pro patruelibus.

(o) laborat sensus, ut sæpius contingit properanti Aventino & sibi duntaxat notanti.



III. *Bre-*

III.

# *Breve Chronicon Austriæ ab anno MLXXV. ad MCXLIX.*

*Ex Schedis Aventinianis.*

MLXXV.

ERnestus Marchio Austriæ occiditur, succedit filius Leupoldus.

MLXXXVI.

Leupoldus Marchio Austriæ obiit, succedit Leupoldus largus Fundator S. Crucis & Neunburch.

MLXXXIX.

Monachi in Medlico constituuntur.

MXC.

Albero Episcopus Würzburgensis sede pulsus in Bojoaria obiit, Cœnobio Lampach.

Eodem anno.

Altmannus Episcopus Bathaviensis obiit, Fundator Chetwic.

MXCVI.

Leupoldus Marchio Austriæ obiit Fundator Medlicensium, cui succedit filius Leupoldus.

MCII.

Rudpertus Babenbergensis Episcopus obiit, per Henricum Imperatorem fit S. Otto.

MCVII.

Otachar Stiriæ Marchio, uxor Elspet fundant Gaersten.

MCXII.

Monasterium in Sitesteten.

MCXV.

Ordinis Præmonstratensis Initium.

MCXXV.

S. Norbertus fit Episcopus Magdaburgensis.

MCXXVII.

Henricus Dux Bojorum obiit, succedit filius Henricus.

Osterhoven datur Præmonstratensibus fuêre Canonici pro Canonicis.

MCXXXIIII.

S. Norbertus obiit VII. Idus Junii.

MCXXXIX.

S. Otho Episcopus Babenbergensis obiit.

MCXLI.

XII. kal. Novembris obiit Leopoldus Dux Bojorum sepultus ad S. Crucem à Patre fundatum.

MCXLIX.

Henricus Dux Bojorum ducit Theodoram Græcam.



# MONUMENTA
## QUÆDAM
## DIPLOMATICA
# LUDOVICI IV. BAVARI
## Pii, Felicis, Augusti.

* * *

*Ex Regestis vetustissimis & Autographis*
BERTHOLDI *de* TUTTLINGEN *Notarii Regii*
*Summâ fide & curâ descripsit*
ANDREAS FELIX OEFELIUS.

---

# Monitum prævium Editoris.

SI *Laudabile est*, quemadmodum comicus ait, *laudari à laudato viro*, non alias magis laudes indubitatas & ab omni affectuum suspicione liberas existimo, quam earum rerum quas artifices rerúmque periti, qui quidem odii & gratiæ causas procul habent, æquâ laude afficiunt. Quo jucundius mihi semper accidit quotiescunque apud Illustrem LUDEWIGIUM, at quantum virum, quam acri judicio, quam exquisita Rei Diplomaticæ Germanorum eruditione, quam consumatâ Rerum publicarum notitiâ atque usu præditum, pauca hæc verba sed sensu atque pondere gravissima, legere contigit: EMINENT *præcipuè quoque in sedula diplomatum collectione* BOII. Quo quidem brevi verborum complexu popularium meorum in hanc quoque Antiquitatum Germanicarum Partem merita justis laudibus ita extulit, ut simul quid in reliquis præstiterint, intactum non relinqueret (p). Et certè, si quis rerum nostrarum non hospes in Diplomatum ab AVENTINO, HUNDIO, GEWOLDO, HERWARTO, CANISIO, STEVARTIO, GRETSERO, NICKELIO, RETTENPACHERO, STEPHANO Abbate *Schyrensi*, MATHIA Abbate *Weltenburgensi*, MEILLERO *Ensdorffensi*, MEICHELPECKIO aliísque quam pluri-

(p) §. XXXIX. p. m. 97. Præfationis *ad Reliquias Manuscriptorum omnis ævi Diplomatum &c.* quæ plenam ad Rem Diplomaticam, exindéque ad noscendas leges, consuetudines, mores Germanorum Isagogen continet. Juvat hoc loco insigne Elogium inserere, quod Illustris LUDEWIGIUS iis texuit, qui rei Bojorum Diplomaticæ facem prætulerunt, ut pudorem habeant, qui eam inferre paratiores sunt: REICHERSPERGENSE CHRONICON *nostris curis recusum complectitur plurima Imperatorum, Pontificum, Ducum, Principum, Præsulum diplomata.* HENRICI CANISII *antiquis lectionibus &* PETRI STEVARTII *continuatione uti peropus est rerum inferioris ævi studioso: ita primus etiam aliquas Epistolas & diplomata inserit opusculis aliis huc omnino facientibus.* JACOBI GRETSERI *omnia scripta leguntur in hoc argumento utiliter.* WIGULÆUS HUNDIUS *Boioariæ Duci olim à Consiliis, in diplomatum collectione alios vincit, sed in spicilegio ad Salisburgensem Metropolin hunc ipsum reliquit post se* CHRISTOPHORUS GEWOLDUS. *Extorsit etiam Diplomata plura Antagonistæ* MARQUARDO FREHERO, *cui patuit Tabularium Palatinum.* JOANNES GEORGIUS HERWARTUS *Cancellarius Boicus pariter id egit, ut Brovium adversarium consutaret fide diplomatum, qua recitat ex Principali Tabulario.* Hactenus quidem Ludevvigius, qui hæc ipsa notis quibusdam illustrat, ibidem relegendis.

plurimis è Tabulariis Boicis editorum, immanem cumulum oculos & animum advertat, exhausta tabularia nostra atque compilata existimet, quod tamen longè secius se habere probè norunt, qui oculos emissitios (ut Plautinus ille servus) in ea, quæ restant, & inter cancellorum clathros atque fornicum obscuras concamerationes putrent & delitescunt, fortè fortuna conjecerunt; ubi immensa earum copia, sub Archiotarum; sæpè Idiotarum plerumque invidorum, aut ut res vel optimè cedat, ineptè timidorum clave, serâ & pessulo mures ac blattas in pulvere pascit, & interim cum imbricibus & impluvio, aut in ignis trepidatione cum fumo luctatur. Quæ cum ita sint, donec & iis dies sua illucescat, ego sanè pro tenuitate mea à teneris in id attento animo oculóque fui, ut tantorum virorum, qui Patriam meam illustrârunt exemplo, omnis generis antiquas scripturas, chartas, diplomata, instrumenta, præcepta, regesta, chartularia, transsumpta, rotulos, Antigrapha, Notariorum Protocolla, & quæ huc spectant, barbaro cortice præteritorum temporum memoriam vestientia, quoties eorum copiam, sive casus, sive industria, sive aliorum ignavia fecerat, colligerem reponeremque, aut curatè saltem fideliterque transcriberem, quo etiam factum, ut eorum haud contemnendus cumulus mihi obtigerit. E quo in specimen & velut in gustum profero *Regesta tria Diplomatica* res invictissimi Cæsaris nostri LUDOVICI BAVARI, *semper* illius quidem *Augusti*, non perfunctoriè illustrantia.

*Primum* eorum propriè libellum *Primariarum*, quas vocant *precum*, nec non *collatarum Præbendarum* atque *Victalitii* sive *Alimoniæ* mixtim continet; & est ferè MEMORIALIS LIBELLUS, quem sibi BERTHOLDUS Cæsaris Notarius in usum proprium annotaverat, ut inde Diplomata Cæsarea expedirentur.

De raritate ejusmodi Libellorum in vastissimo alias Diplomaticæ Germanorum apparatu, inter omnes constat, quibus de juribus consuetudinibus moribúsque Imperii nostri respondere datum est. Quid Illustris MOSERUS de Patria nostra nuper præclarè meritus, eo de argumento, magnis etiamnum ob monumentorum penuriam, nubibus involuto, in medium protulerit, in omnium Jurium germanicorum studiosorum oculis & manibus versatur; cæterum nullius hæc juribus obesse facile largietur, qui Bertholdi hoc *Manuale* duntaxat esse & velut *Memorialem Libellum* meminerit; neque constare an litteræ omnes prout annotatæ ita & expeditæ fuerint. Interea subsidiariam saltem factis aliunde certis, firmius adstruendis operam præstabunt, rebúsque & personis Ecclesiasticis illius temporis illustrandis inservient. (q) (q) Complectuntur Acta autem concessiones beneficiorum, præbendarum & victalitiorum anni, regni illius noni, Christi verò MCCCXXII. Victoria Amphinganâ, quâ cum æmulo debellatum est, in fastis Imperii celebratissimo.

*Alterum* Monumentum Diplomaticum *Cancellariæ Ludovicianæ*. Ejusdem Bertholdi Notarii *Regestum* quoddam continet, in quo Diplomata Cæsarea annorum: MCCCXV. & XXII. cum quinque ordine sequentibus annotantur. Eorum pars magna Augustæ Vindeliciæ *Registrata*, ut ad annum MCCCXXII. in autographo suo notavit Bertholdus.

*Tertio* denique loco Diplomatarium quoddam retulimus, annos Imperii ejusdem LUDOVICI, Tertium, Quartum, Quintum & Septimum singulatim illustrans; quod ipsum è laudato REGESTO autographo Notarii ejus BERTHOLDI deprompsimus. Plenum bonæ frugis, sive ad Geographiam sive ad Genealogiam adhibeas. Sed & altius in arcana reipublicæ illius oculos immittentem, quis status ærarii Ludoviciani, quam remissi flaccidíque rerum gerendarum nervi, quam sæpè etiam incisi & ferè semper tanto fastigio impares, docebunt. Quo æquius attemperatiúsque exinde judicium feramus, si res optimi & cordatissimi Principis secius non raro, quam aut occasio aut ratio



(q) Insigne Privilegium Ludovici nostri Baldevvino Archiepiscopo Trevirensi concessum conferendi Preces Imperiales in sua Provincia, per extensum exhibet recentissimus Auctor Hist. Trevirens. Diplom. & Pragmat. Reverendissimus ac Illustriss. Joannes Nicolaus ab Hontheim Suffraganeus Trevirensis, Operis consumati Tomo II. p. m. 90. nota a. Num. DCXIIII.


aut dignitas exigebat, gestas deprehendamus, Majestate Imperii illorum temporum duabus infirmissimis rebus nixa, magni nominis (sed nominis!) dignitate & venali clientum auxilio simul cum pretio dilabente, ita ut *Regesta* temporum illorum percurrens non summi Imperii fastos, sed Trapezitarum rationaria se credat inspicere. Ita usurarii morsûs infestum dentem litteræ, obligationum, oppignorationum, concambiorum cessionum similiúmque contractuum ac privilegiorum pretio redemptorum extortorúmque, ubique impressum exhibent. Quæ quidem ævi illius calamitas adeo optimi & invictissimi Augusti nostri famæ & gloriæ non officit, ut magis etiam qualis futurus fuisset, si nostrorum temporum moribus, juribus, viribus suffultus imperâsset, eluceat.

Superest Auctor ipse Regestorum BERTHOLDUS à nobis examinandus, sed breviter ut in argumento sterili & obsoleto. Meminit hujus Notarii sui LUDOVICUS in Præcepto Regio Ecclesiæ *Habacensi* concesso Monaci MCCCXXXI. kalendis Decembris; quod exhibebimus in Monumentis nonnullis illius Ecclesiæ, siquidem vita, fors, & invidia id tulerint. Eo in (r) loco expressis verbis BERTHOLDUM *de* TUTTLINGEN (r) *Imperialis Aulæ suæ Notarium* vocat LUDOVICUS; quod eo notabilius ex quo Notarii Cancellariíque Cæsarei in tabulis publicis illius temporis rarius occurrunt.

Esset procul dubio hic locus de Cancellariis & Notariis intrepidi nostri jurium Imperii vindicis prolixius agendi, nisi ad Anecdota, quæ nobis restant properantibus pulcherrimi etiam passus, quam primum à via abducunt, intempestivi viderentur. Ita & de Re Diplomatica Ludovici universim plurima se non offerunt solum, verum etiam obtrudunt, ut parum jam, si editorum ab aliis Diplomatum ejus cumulum intueamur, à pleno CODICE LUDOVICIANO absimus. Verum cum aliàs fortasse ea de re agendi recurret occasio, ubi MANTISSAM nostram ad CODICEM LUDOVICIANUM in medium proferemus, Lectores nostros in illud tempus differre consultius visum est. Interim summatim monuisse sufficiat LUDOVICI BAVARI tot passim extare diplomata, ut ex iis non tantum Annales condi sed ferè Ephemerides Imperii sui describi possint.

---

(r) Est autem *Tuttlingen* urbecula Sueviæ ad ripas Danubii, Wirtenbergicæ ditionis, unde haud dubiè natales traxit noster Bertholdus.



I. *Libel-*

# I.

## *Libellus primariarum Precum & Alimoniarum à Ludovico Cæs. collatarum anno Christi MCCCXXII. regni IX.*

### *Ex Regesto Bertholdi de Tuttlingen Notarii Regii.*

ITem Abbatisse & Conventui Monasterii in Gandersheim, Hildensheimensis diocesis pro Arnoldo de Bruswich Goterdorr pro beneficio.

Item Abbatisse & Conventui ad tronum Beate Marie propè Grimmen Missens. diocef. pro Jacobo de Mulberg Sacerdote, pro beneficio.

Item Abbatisse & Conventui in Waidachs pro Peyla Henrici Stauthemerii, filiâ, pro prebenda.

Item Preposito in Northusen pro Hermanno filio Joannis dicti Schalel pro beneficio curato.

Item Abbatisse & Conventui Monasterii in Chirsgarten pro Margareta Marquardi de Lamspauch filiâ de Wormacia pro prebêda.

Item Abbatisse in Nunnenmünster pro Berchta etiam predicti Marquardi filiâ.

Item Abbatisse & Conventui in Neunburch pro Eyda Nycolai de Raitz civis in Heidelberch filiâ pro prebenda.

Item Abba. Laten. Treverensis diocesis pro Weigando filio Weigandi militis de Bopardia pro monachatu & prebenda.

*Fol. 123. a.*

Item Dominus Rex legitimavit Heinricum familiarem Henrici de Rotenstain Can. Mogunt. datum in Franchenfurt xi. kal. Marcii anno Domini MCCCXXIIII. regni verò nostri anno X.

Item Decano & Capitulo Ecclesie Davantriensis Trajectens. Diocef. pro Joanne de Nassawe pro canonicatu & prebenda.

Item Decano & Capitulo Ecclesie Sancti Gunneberti in Colonia pro Brunnone dicto Haengraf pro prebenda & canonicatu.

Item ad Ecclesiam Lugdunensem pro Heismanno de Landesperch pro canonicatu & prebenda.

Item Abbatisse & Conventui in Vilke pro Alheide filia Joannis de Löhusen pro prebenda.

Item Abbatisse & Conventui in Deyckbergin pro Alheide filia Joannis de Löhusen pro prebenda.

Item Abbatisse, Decano & Capellano Assindensi pro Joanne de Scuiren.

Item Abbati & Conventui Monasterii in Grafschaft Colon. Diocef. pro Albero filio Eberhardi dicti During Castrensis in Bydinkap, pro Monacho.

Item Abbati & Conventui in Nernsheim pro Chunrado de Pütz pro monachatu & prebenda.

Item Abbatisse & Conventui in Alspach Diocef. Basiliens. pro Duedelina filia Fritel zu Rodesh militis pro prebenda.

Item Preposito in Ilmstat pro Alheide filia Friderici de Eschwach pro prebenda.

Item Rex recepit Reynhardum de Westerburch Canonicum Coloniensem in Capellanum.

Item Abbatisse & Conventui in Engeltal Mogunt. Dyocef. pro Chünigunde strenui viri Friderici de Carben filiâ, pro prebenda.

Item Preposito, Magistre & Conventui in Imchenhoven pro Clara filia Hartmudi dicti Chastlan civis Franchenfurdensis pro prebenda.

Item Abbatisse & Conventui Sancte Marie in Alzbucheln Colonienf. Diocef. pro Stina filia Heinrici Crowel pro prebenda.

Item Abbatisse Sancti Quirini in Nüssen Colonienf. Diocef. pro Jeutta filia Heinrici Crowel pro prebenda.

Item Preposito & Magistre in Grenerad Coloniensis Diocesis pro Alheide filia ejusdem Heinrici pro prebenda.

Item Abbati in Brunwiler pro Adolfo filio Waltrabi Sculteti in Sigberch pro monachatu & prebenda Colon. Diocef.

Item Abbati S. Cornelii pro Winriche filio ejusdem Sculteti pro monachatu.

Item Abbatisse & Conventui in Chungspruk Argentinenf. Diocef. pro Gertrudi filia Hugonis de Putenheim militis pro prebenda.

*Fol. 123. b.*

Item Abbati & Conventui in Hanay Mogunt. Dyocef. pro Joanne filio quondam Volberti militis de Evershusen pro monachatu.

Item Abbatisse in Chaldern Mogunt. Dyocef. pro Maechtild de Hohenberg pro prebenda.

Item Abbatisse Sancti Georii extra muros in Franchenberg pro Elyzabet de Hohenberg pro prebenda.

Item Abbatisse & Conventui Monasterii S. Agnetis in Dyetmarcht in Moguncia pro Dyna filia Syfridi de Strazburch civis Moguntinensis, pro prebenda.

Item Abbati S. Albani in Moguncia pro Francone filio Franconis de Merel militis pro prebenda & monachatu.

Item Abbatisse & Conventui in Smerlnbach pro Gudla olim filia Chunradi de Pressenbach pro prebenda.

Item Abbatisse & Conventui Monasterii in Winhusen Hildesheimensis Diocesis pro Elyzabet filia Denikini dicti Brok civis Brunsvicensis pro prebenda.

Item Priorisse & Conventui Monasterii in Ebegestof Verdensis Dyocesis pro Salome filia Heinrici de Muden pro prebenda.

Item Preposito Ecclesie S. Martini in Wormacia pro Domino Ywano de Wizzel pro prebenda in Ecclesia Bopardiensi quam ipsi conferat.

Item

Item Priori & Conventui Monasterii in cella Marie pro Martino Notario Domini Cancellarii pro beneficio.

Item Abbatisse in Höchstet pro Katherina Alberti de Choburch militis filiâ pro prebenda.

Item Abbati & Conventui Monasterii S. Walpurgis Virginis Argentinens. Dyocef. pro Symone filio Symonis de Chriech de Höchvelt pro monachatu & prebenda.

Item Abbatisse S.e Afre in Herbipoli pro Alheide filia Hermanni de Tünnevelt pro prebenda.

Item Abbati & Conventui Monasterii Tuiciensis Coloniensis Dyocesis pro Adolfo filio Irmegardie relicte quondam dicti Püls, pro monachatu.

Item Abbati & Conventui Monasterii Sibergensis Dyocesis Coloniensis pro Theoderico filio Irmegarde relicte quondam dicti Püls pro monachatu.

Item Abbati & Conventui Sancti Pantaleonis Coloniens. Dyocef. pro Heinrico filio Wernheri militis de Vörstbach, pro monachatu.

Item Abbati & Conventui in Gladebach Coloniens. Dyocef. pro Ludikino filio Joannis de Winchelhausen, pro monachatu.

Item Abbati & Conventui Sancti Ludegeri in Munst. pro Hertwino filio Eberhardi dicti Jud in Wepflaria, Monasteriensis Dyocesis pro monachatu.

Item Decano & Capitulo Ecclesie Sancti Arimalis Metensis Dyocesis pro Petro de Andernaco pro canonicatu.

Item Abbatisse & Conventui novi Monasterii Metensis Dyocesis pro Haetza filii Andree de Lapide pro prebenda.

*Fol. 124. a.*

Item Decano & Capitulo in Lichen pro Heinrico de Rincflasch de Wepflaria pro canonicatu & prebenda.

Item Preposito, Decano & Capitulo Ecclesie S. Marie in Hallerst: pro Johanne dicto Bloch de Lubekk pro canonicatu & prebenda.

Item Abbatisse & Conventui in Eysenach ad SanctamKatherynam pro Irmegarde filia Henrici de Vamer Camerarii Marchionisse pro prebenda.

Item Abbatisse & Conventui in Chappendorf pro Chunigundi filia Heinrici Pincerne de Appolde pro prebenda & monachatu.

Item Abbatisse & Conventui in Cholode pro Margareta Joannis de Pakelawben filia pro prebenda.

Item Abbatisse & Conventui in Franchenhausen pro Agnete Joannis de Ulla filia, pro prebenda.

Item preposito Decano & Capitulo in Gewerenhameln Myndensis Dyocesis pro Johanne de Herste pro canonicatu & prebenda.

Item Abbati & Conventui Monasterii in Awa majori Constanciensis Dyocesis pro Chunrado filio officialis in Snaitpach pro beneficio.

Item Abbati S. Blasii in nigra sylva Constantiensis Dyocesis pro Ulrico dicto Tyrnvogel Notario Wilhelmi Comitis de Montfort pro beneficio.

Item Abbatisse in Lyndawe eidem Ulrico pro beneficio Constant. Dyocef.

Item Abbatisse & Conventui beate Agnetis in Scafhusa pro sorore Ministri de Torenang pro prebenda.

Item Abbati & Conventui Monasterii Fabariensis Curiensis Dyocesis pro Joanne de Zawer de Augusta. pro beneficio.

Item Abbati & Conventui Monasterii montis beate Marie Curiensis Dyocesis pro Berchtoldo dicto Turz de Rudling. pro beneficio.

Item Abbatisse Conventui vallis Sancte Crucis Constant. Dyocef. pro Henrico dicto Chnoll de Rudling. pro beneficio.

Item Abbati & Conventui in Stain Constantiens. Dyocef. pro Johanne de Handschueher dicto Zulingen, pro beneficio.

Item Abbati & Conventui in Campidona pro Pilgrimo Rectore Ecclesie in Landesperch, pro beneficio.

Item ad Ecclesiam Leodiensem vulgariter Lutich pro Joanne de Schaver pro canonicatu & prebenda.

Item Priorisse & Conventui in Relinchusen Colon. Dyocef. pro Bela Eberhardi de Lantsperch filia pro prebenda.

Item Decano & Capitulo in Ryezz . . . pro Engelberto filio Eberti de Lantsperch pro canonicatu & prebenda.

Nota quod Dominus Rex confirmavit Abbati & Conventui Monasterii in Hagenhe, domos vinedas possessiones prata pascua nemora terras cultas & incultas, aquas, aqueductus libertates imunitates, jura, jurisdictiones privilegia mancipia decimas universas & presertim decimas in Lundorf, Porcheim, in Vinne, in Grintzenbach & alia bona sua, sicut ea omnia justè & pacificè hactenùs possederunt. Datum in Franchenfurt IIII. Non. Jan. A. Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno decimo. *Fol.* 106. *a.*

Item Dominus Rex remisit omnes prœstationes & servitutes debitas sibi à Monasterio in Schönnawe in bonis Waltdorf, Swetzing & Sikkenheim cum suis pertinentiis & plenè ea liberavit, quatenus est ad ipsum Monasterium pro diviso vel indiviso, inprejudicialiter tamen ad alios. Adhec confirmavit eisdem gratias & libertates factas ipsi Monasterio à progenitoribus suis in comitatu Palatino Rheni. Datum in Franchenfurt IIII. Non. Januarii Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno X. *Fol.* 106. *a.*

Nota quod Dominus Rex quittavit Cives in Gaylenhausen de Steura quam sibi in festo beati Martini proximè venturo solvere tenebatur. Datum in Franchenfurt III. Non. Jan. anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno X. *Fol.* 106. *a.*

Item Dominus Rex recepit in suam protectionem judeam dictam Frawelin, uxorem Frumoldi de Wimpina & filium suum dictum Mayer & alios suos heredes & precipit officiato suo in Heidelberch & aliis suis officiatis ut predictos Judeos manuteneant in predictis juribus & defendant. Datum in Franchenfurt III. kal. Jan. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno X. *Fol.* 106. *b.*

Item Dominus Rex commisit nobili viro Heinrico Comiti de Werdenberg gubernationem Monasterii in Wyngarten & oppidi in Altdorf & silve dicte Altdorf Walt, tenendam simpliciter. Datum in Franchenfurt. XVI. kalend. Febr. Anno Domini

(t) Hæc obligatio in apographo decussatim obelis obducta est.

mini MCCCXXIIII. regni verò nostri anno X. *Fol.* 106. *b.*

Nota quod Rex dedit discreto viro Jacobo de Bogener civi in Hagenaw pro servitiis que sibi & imperio exhibuit & inantea exhibere poterit. XL. marchas argenti & pro eisdem obligavit sibi bona infra scripta, videlicet partem prati Swnede sitam Schurried, item partem Awe, sitam in medio Swearum Semanni & Chronebergerii ibidem. Item advocatiam ville in Schafhusen propè Hohenvelden per ipsum tenenda & utenda donec ab ipso pro predicta pecunia redimatur. Datum in Franchenfurt XVI. kalend. Febr. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno X. *Fol.* 107. *a.*

Item Dominus Rex libertavit nobili viro Emichoni de Nassawe duo oppida Eumitz & Hademar ad instar civitatis Franchenfurtensis, & quod possit ea muro & fossatis circumcingere & munire. Datum in Franchenfurt XVIIII. kalend. Februar. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno X. *Fol.* 107. *a.*

Item Dominus Rex habet ratam & gratam donationem reddituum septuaginta librarum Hallensium factam Gerlaco de Ekzil militi per Dominam Machthildam quondam Ducissam Bawarie & Ducem Adolfum, ad uxorem suam pro dote, approbando ipsam omni modo & forma sicut facta est. Datum in Franchenfurt XVIII. kal. Febr. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno X. *Fol.* 107. *a.*

Item Dominus Rex adhibuit consensum suum, quod Hartwicus & Winmarne cognominati Chreiz fratres de Lindenvels, Untze & Elyzabet uxoribus ipsorum legitimis constituere valeant in dotem ducentas marcas argenti, super villa Pantzwiller & suis pertinentiis & decimis in parochia Mörelpach & advocatiis in Lutzelbach ac Chochelbach, que omnia dicti fratres de Comitatu Palatino in feudum tenent. Item ipsi F. dicti fratres villam in Hamelbach & curiam in Ellenpach absolverunt pro ducentis & XV. libris Hallensibus à Syfrydo Pavey milite ipsi eandem villam & curiam tenebunt in obligationem à Comitatu Palatino pro predictis CC. & XV. libris Hallensibus secundum quod predictus Syfridus tenuit & possedit. Datum in Franchenfurt. XVIII. kalend. Febr. anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri año X. *Fol.* 107. *a.*

Item Dominus Rex ratam habet & approbat venditionem advocatie in villa Dyeteldorf & . . . arearum suarum apud castrum Swinfurt attinentium ipsi advocatie factam domui fratrum Theotonicorum in Swinfurt per Gudelwinum dictum Mices, qui tenebat eas ab imperio in feodum Castrense & appropriat predicta domui predicte & transfert ea in ipsam domum pleno jure per eandem domum titulo proprietatis, perpetuo tenenda ac liberè possidenda. Datum in Franchenfurt. XII. kal. Marcii. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò nostri anno X. *Fol.* 107. *b.*

Nota quod Dominus Rex quittat cives in Wepfaria & in Fridberch de Steura consueta in festo beati Martini venturo proximè persolvenda. Datum in Franchenfurt VI. Id. Febr. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno X. *Fol.* 107. *b.*

Item Dominus Rex confirmat Nobili viro Gerlaco de Lympurch litteras, quas habet super feodo Castrensi in Chalsmünt. Datum in Franchenfurt. Id. Marcii. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno X. *Fol.* 107. *b.*

Item Dominus Rex confirmavit civibus Noviomagensibus litteram Domini Rudolfi Romanorum Regis avi sui, exemplatam per Dominum Albertum Romanorum Regem & confirmatam sub sigillo suo. Datum in Colonia II. kalend. Marcii Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno X. *Fol.* 108. *a.*

Item Dominus Rex legitimavit Symonem dictum de Myrabello & Joannem dictum de Cale natos de soluto & soluta ad omnes actus legitimos & civiles & quod successionem habere possint in bonis paternis & maternis. Datum in Colonia II. calend. Marcii, anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno X. *Fol.* 108. *a.*

Item Dominus Rex confirmavit ex certa scientia omnia privilegia civibus & oppido Durinensi Coloniensis Diocesis sive ab eo sive ab aliis Regibus vel Imperatoribus concessa. Item recepit eos in specialem protectionem suam: item incorporavit eos camere sue, & dedit eis jura & privilegia civitatis Aquensis & quod sine Thelonio per omnes terras imperii possint ire. Datum in Colonia. kalend. Marcii. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno X. *Fol.* 108. *a.*

Restituti ad oppidum Sancti Trudonis: Otto dictus Strot, Joan. Flammicher, Damianus de Marweil, Joannes Schönman, Arnoldus de Triest. Datum in Colonia kalend. Marcii anno Domini MCCCXXIIII. regni verò nostri anno decimo.

Legitimati: Heinricus de Heistvelt, Joannes de Zarn & Chunradus de Lympen. Datum in Colonia II. kalend. Marcii. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò nostri anno X.

Legitimatus Joannes filius Alberti de Ödendorf civis Coloniensis, datum sub castro Furstenberch XI. kalend. April. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò nostri anno X. *Fol.* 108. *a.*

Item Dominus Rex confirmavit Monasterio in Cumidi, privilegium quoddam Henrici Imperatoris Ducis Swevie datum circa castrum Furstenberch XI. kalend. April. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò nostri anno X. *Fol.* 108. *b.*

Item Rex contulit Weñemaro de Gemmenich mediam marcam auri apud Monasterium in Nevel quam Arnoldus pater ejusdem

dem habuit. Datum circa castrum Furstenberch x. kal. April. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò nostri anno X. *Fol.* 108. *b.*

Item Dominus Rex libertavit oppidum suum in Chuba & villam suam in Wizzel adinstar opidi Bopardiensis. Datum sub castro Furstenberch. x. kal. April. anno Domini MCCCXXIIII. regni verò nostri anno X. *Fol.* 108. *b.*

Item Dominus Rex confirmavit gratiam factam per Albertum Regem Romanorum & per Henricum Rom. Regem postea confirmatam, Joanni de Lympurch, quod ipse posset Ude filie Ottonis Comitis de Ravenspurch uxori sue legitime assignare in donationem propter nuptias molendina super fluvium Lane apud Lympurch curiam sitam infra muros oppidi ejusdem cum vineis suis sitis extra portam ibidem, quæ vocatur Hamerport & pomerium in Chastolque deschendunt * in feodum ab imperio. Ita quod si prefatum Johannem prius mori contingeret, ipsa vidua usumfructum eorundem bonorum teneret ad tempora vite sue. Datum in Franchenfurt. II. kalend. Aprilis anno Domini MCCC. XXIIII. regni verò nostri anno X. *Fol.* 108. *b.*

* ita distincte Bertholdi actuarii manus.

Item Dominus Rex de consensu Ducis Adolfi patrui sui donavit Jus patronatûs Ecclesie parochialis in Wissel, cui Ecclesia in Cuba est annexa Abbatisse & Conventui in Clarental de ipso cœnobio Ordinis Sancte Clare apud Wispaden Mogunt. Dyoces. in perpetuum pleno jure. Datum in Franchenfurt IIII. kalend. April. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò nostri anno X. *Fol.* 108. *b.*

Item Dominus Rex obligavit Wilhelmo Wacher & Gotfrido Slechpech Johanni dicto Chôch civibus in Franchenfurt hospitibus suis dilectis in Theloneo suo in Cuba tres grossos Turonenses tamdiu per ipsos tenendos & percipiendos sine quolibet impedimento, donec mille & ducentas libras Hallenses, in quibus ipsis pro expensis sibi datis tenetur plenè colligant de eisdem, & si de eadem pecunia nomine suo aliquid perderent, hoc sibi & non ipsis perditum esse debebit. Datum in Franchenfurt. II. kalend. Aprilis anno Domini MCCCXXIIII. regni verò nostri anno X. *Fol.* 109. *a.*

Item Dominus Rex confirmavit civibus in Rötweil privilegium Alberti Regis concessum eis, quod non debeant trahi in jus extra ipsum opidum Rotweil & alia contenta in dicto privilegio. Item confirmavit eisdem gratiam factam eis per Adolfum Regem, quod gaudere possent juribus & libertatibus, quibus gavisi fuerunt temporibus predecessorum ejusdem Adolfi usque ad tempora sua. Datum in Franchenfurt. kalend. Aprilis An. Domini MCCCXXIIII. regni verò nostri anno decimo. *Fol.* 109. *a.*

Item Dominus Rex fecit gratiam Georio Irsuto Comiti, quod potest habere omni tertiâ feriâ forum septimaniale in villa sua Westhoven. Datum in Franchenfurt, feriâ quartâ post diem beati Marci. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò nostri anno X. *Fol.* 109. *a.*

Item Dominus Rex contulit Illustri Heinrico Duci Bratislavienti & suis liberis masculis & femellis civitatem Bratislaviensem novum forum & castrum Wirds cum eorum pertinentiis que quondam Henricus dictus *der Pyderb Herzog* tenuit & possedit ab imperio, & si eum decedere contingeret sine heredibus, quod tunc Anna uxor sua prædicta tenebit ad tempora vite sue & hanc collationem & gratiam fecit Dominus Rex ad petitionem suam & propter servitia sibi per eum & imperio inantea facienda. Datum in Fulda feriâ sextâ post diem Pasche. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno X. *Fol.* 109. *a.*

Item Dominus Rex obligavit nobili viro Friderico Burchgravio in Nurenberch officium Scultetatûs in Nurenberch pro mille & centum libris Hallensibus tenendum quousque per ipsum vel suos successores in imperio à predicto Burchgravio & pro predicta pecunia redimatur. Datum apud Fuldam feriâ sextâ post diem Pasche. Anno 1324. regni verò nostri anno X. *F.* 108. *a.*

Nota quod Dominus Rex obligavit nobilibus viris Chunrado & Gotfrido de Hohenloch opidum suum in Feuchtwanch cum judicio & Steuris & aliis pertinentiis quibuscunque pro tribus milibus librarum Hallensium per ipsos ac ipsorum heredes tenendum & possidendum, donec à nobis vel à nostris sucucessoribus in imperio pro predicta pecunia redimatur perceptis medio tempore interim defalcandis. Datum Monaci feriâ terciâ proxima ante diem Beati Laurentii. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò nostri anno decimo *Fol.* 109. *b.*

Nota quod Dominus Rex obligavit Steuram suam in Rotenburch nobili viro Ludovico de Hohenloch pro mille & quingentis libris Hallensibus per ipsum tenendam ac percipiendam quousque sibi de predicta pecunia satisfiat. Datum Monaci feriâ secunda ante diem Beati Laurentii. Anno Domini MCCCXXIIII. regni verò nostri anno X. *Fol.* 109. *b.*

Item Dominus Rex confirmavit civibus in Dinchelspuhel omnia privilegia sive ab eo sive ab aliis Regibus vel Imperatoribus concessa.

Item Dominus Rex quittat predictos cives de Steura danda per ipsos, scilicet C. & L. libras Hallenses singulis annis ab Epyphania Domini proximè ventura per novem annos continuos. Datum in Ingolstat feriâ quintâ proxima post Michahel anno Domini MCCCXXIIII. regni verò nostri anno decimo. *Fol.* 110. *a.*

Item Dominus Rex quittat cives Augustenses de Steura sibi per ipsos danda à festo Beati Martini proximè venturo per octo annos continuos subsequentes.

Item

Item indulsit eisdem civibus, ut stratam habeant cum sale & aliis mercimoniis per Frisingam, & ubi hactenus habuerunt excepto tamen, quod Dominus Rex potest diminuere & augere. Datum in Augusta ut infra.

Item Dominus Rex permittit, quod predicti cives defendant se ne Marschalcus de Pibernbach recipiat Thelonium ab eis in Biberwach. Datum apud Augustam. Feriâ secundâ proximâ ante diem beati Mathey Apostoli. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno decimo. *Fol.* 110. *a.*

Nota quod Dominus Rex deputavit Nobili viro Friderico Burchgravio in Nuremberch Stewram consuetam scilicet duo milia librarum Hallensium in Nurnberch per duos annos continuos à festo Beati Martini proximè venturo per añum incipiendos pro quolibet anno mille libras Hallenses. Datum Monaci feriâ sextâ ante Galli anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno decimo. *Fol.* 110. *b.*

Item eodem anno loco & die Dominus Rex deputavit eidem Steuram in Nördlingen pro ducentis libris Hallensibus per duos annos continuos à festo beati Martini proximè venturo per annum sicut supra incipiendos. Datum ut supra.

Item eodem anno die & loco deputavit eidem & Rudolfo Comiti de Wertheim, Stewram Judeorum in civitate Herbipolensi consuetatam per quatuor annos continuos pro mille & CCCC. libris Hallensibus, pro quolibet anno trecentos & L. libras per ipsos percipiendos & incipiendo in festo beati Martini proximè venturo & continuo numeranda. Datum ut supra. *Fol.* 110. *b.*

Item eodem anno loco & die Dominus Rex deputavit predicto Rudolpho Comiti de Wertheim Stewram in Gaylenhausen pro mille libris Hallensibus tam diu recipiendam continuè sicut ipse Rex recipere potuisset, pro se si sibi eam non deputâsset, donec sibi exinde de predictis mille libris fuerit satisfactum & percepit in toto. Datum ut supra.

(u) Item eodem anno loco & die Dominus Rex (obligavit (u)) deputavit predicto Burchgravio de Nurnberch villam in Hugelspach, hominibus & bonis ac omnibus suis pertinentiis, pro CCC. libris Hallensibus per ipsum & heredes suos tenendam & possidendam, quousque ab ipso & suis heredibus per ipsum Regem vel suos successores in imperio pro predicta pecunia redimantur. Datum ut supra. *Fol.* 110. *b.*

(x) Nota (x) quod Dominus Rex obligavit Nobili viro Friderico Burchgravio in Nurnberch advocatiam suam & imperii pro trecentis libris Hallensius super hubis infra scriptis & bonis, scilicet quatuor hubis in Heidrichestorf & uno molendino ibidem pro media huba, una huba in Hügelspach, una huba in Pabenshoven, una huba *auf dem Aigen*, octo hubis in Chrumbach, una huba in Hagenmul, altera media huba in Chunnehof, quinque hubis *in alten Sikkenpach*, duabus hubis in Sighartesdorf per ipsum tenendam quousque per nos vel successores nostros in imperio ab ipso pro predicta pecunia redimatur. Datum in Werdea feriâ quarta ante Martini. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno decimo. *Fol.* 111. *a.*

Nota (y) quod Dominus Rex obligavit nobilibus Viris Ludovico & Friderico Comitibus de ötingen castrum suum in Horburch cum omnibus suis pertinentiis & omnia jura que ipse & imperium ibidem antiquitus habent & hactenus habuerunt pro mille libris Hallensibus, quas ipsis solvere tenebatur pro servitio per ipsos in Burgawe facto. Item & pro CCCC. libris Hallensibus, pro quibus nostras litteras habent & datis presentibus ostenderunt per ipsos tenendum & possidendum quousque à Rege vel suis successoribus pro predictis mille & CCCC. libris Hallens. redimatur. Datum in Werdea in vigilia beati Martini. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno decimo. *Fol.* 111. *a.* (y)

Item Dominus Rex tenetur predictis de öttingen pro servitiis sibi per ipsos factis & dampnis eis illatis mille libras Hallenses, pro quibus ipsis obligavit steuras suas & imperii consuetas apud Judeos Ulmenses & Nördlingenses, quas singulis annis dare ac solvevere tenentur, per ipsos & eorum heredes tenendas quousque ab ipsis à predicto Rege vel suis Successoribus in imperio pro predicta pecunia redimatur. Datum apud Werdeam in vigilia Beati Martini. Anno Domini MCCCXXIIII. Regni verò nostri anno X. *Fol.* 111. *a.*

Item Dominus Rex nobili viro Gerlaco de Nazzeya tria millia CCCC.tas Hall. libras & IX. ℔ Hallen. item tum sibi CL. libras Hallen. quas dedit Bertholdus Forchtl, & pro predicta pecunia obligavit sibi IIII.m. Turonẽs. in Theolonio suo in Thuba, per ipsum retinendos quousque sibi de predicta pecunia plenariè fuerit satisfactum, & si ante perceptionem plenam aliquod dampnum per obstagia sine quocunque modo reciperet Dominus Rex tum sibi refundere, si sibi rationabile videtur. Datum in Franchensurt. feriâ tertia in Ebd. Pasche. Anno Domini MCCC. XXIIII. Regni verò nostri anno decimo.

## MCCCXXV.

Nota quod Dominus Rex obligavit Joanni Balistario suo in Monaco officium braxationis ibidem per duos annos continuos & suis heredibus pro centum libris denar. Monacens. in quibus sibi tenebatur. Item obli-



(u) hæc vox superscripta est. Cæterum §. iste decussatim deletus est.
(x) & iste §. deletus est transversim.
(y) & iste §. confixus cernitur, uti & sequens.

obligavit eidem Johanni ac suis heredibus Stewram suam in Geroltspach per duos annos continuos pro centum libris denar. Mon. in quibus sibi etiam tenebatur. Datum Monaci in die cinerum A. Domini MCCCXXV. Regni verò nostri anno XI. *Fol.* 82. *b.*

Item Dominus Rex obligavit Alhardo de Aschawe Matri & fratribus suis ac ipsius heredibus spadonem, quem sibi præpositus de Pfaffenwerd in signum dominii annis singulis dare teneatur, per eos recipiendum vel quindecim libras denar. Monacens. quousque ipsis per nos vel heredes nostros de centum & quinquaginta libris denariorum Monacens. fuerit satisfactum, ita tamen quod ipsi cum castro suo Aschawe debeant intendere Domino Regi & suis per duos annos continuos à data presentium litterarum. Datum Monaci feriâ quartâ ante Reminiscere. Anno Domini MCCCXXV. Regni verò nostri anno undecimo. Adjecto quod Dominus Rex & sui possunt se ad castrum & de castro predicto contra suos adversarios defendere & juvare. *Fol.* 82. *b.*

Nota quod Eybanus vice Dominus in Lengenvelt fecit computum cum Domino Rege in Amberg de perceptis & distributis in vice-dominatu, ab anno incarnationis Domini MCCCXXII. usque in annum Domini XXV. usque in sextam feriam ante Letare ejusdem anni. Remansit vice Dominus obligatus eidem Regi in XV. libris & LXXI. denar. Ratisbonens. Item posthæc servivit predictus vicedominus Domino Regi in expensis usque in quartam feriam ante Dominicam judica LXXX. libras Ratispon. VI. ß. (solidos) & XI. denarios. *Fol.* 83. *a.*

Nota quod Dominus Rex obligavit Judicium in Hirsawe & Ehenvelt Heinrico Lengenfeldero & suis heredibus, cum omni utilitate & pertinentiis suis pro centum libris Ratisp. in refusionem dampnorum, quæ pertulit in bello cum Duce Austriæ propè Muldorf & pro equis, quos vendidit Regi, & tenebunt quousque ab ipsis pro predicta pecunia per Dominum Regem vel suos heredes redimantur. Datum in castris ante Burgowe feriâ quartâ post Epiphaniam Domini. Anno Domini MCCCXXV. regni verò nostri anno undecimo. *Fol.* 85. *a.*

Nota quod Dominus Rex obligavit Eberhardo de Porta & suis heredibus judicium in Aybling cum omnibus Juribus & pertinentiis suis pro centum libris Monacens. per tres annos continuos postquam absolvit sibi à Sluderine * nisi interea Dominus Rex vel sui heredes pro dicta pecunia ipsum judicium absolverint. Datum in castris ante Burgowe Feriâ quartâ &c. *ut supra. Fol.* 85. *a.*

* in Cod.

Nota quod Dominus Rex obligavit Schoenstettero & suis heredibus duas curias, sitas in Lauterbach, quas quondam tenuit Dominus Polan per ipsos tenendas, donec ab ipsis per ipsum Regem vel suos heredes pro LXX. libris Monacensibus redimantur. Datum in castris ante Burgowe in vigilia Epiphanie. Anno Domini MCCCXXV. Regni verò nostri anno undecimo. *Fol.* 85. *a.*

Nota quod Dominus Rex obligavit Heinrico Freymannio Stewram consuetam in Cell pro ducentis & LXXV. libris denar. Monacens. per ipsum & suos hæredes tenendam donec ipsi prædictam pecuniam percipient integraliter & complete. Ita tamen quod Jahannes Balustarius noster in Monaco ante percipiat XLV. libras Monacens. denar. Datum Monaci feriâ quintâ post purificationem. Anno Domini MCCCXXV. regni verò nostri anno undecimo. *Fol.* 86. *a.*

Nota quod Dominus Rex obligavit Friderico dicto Pawmchiricher Swaigam suam in Steinsperch pro XXX. libr. Monac. per ipsum & heredes suos tenendam quo usque ab ipso per nos vel hæredes nostros pro prædicta pecunia redimatur. Datum Monaci feriâ sextâ post purificationem. Anno Domini MCCCXXV. Regni verò nostri anno XI. *Fol.* 86. *b.*

Nota quod Dominus Rex obligavit Eberhardo de Porta & suis heredibus judicium in Aybling pro CC. libris denar. Monac. cum omnibus juribus & pertinentiis suis à Dominica, quâ cantatur, invocavit per quatuor annos continuos per ipsos tenendum, donec ipsis de prædicta pecunia satisfiat, ita tamen quod per ipsum vel suos heredes quinquaginta libre denariorum Monacens. de anno quolibet defalcentur: insuper Dominus Rex vel sui heredes habent potestatem, redimendi ab ipsis elapso isto anno, pro centum & quinquaginta libris denariorum Monacensium judicium prenotatum. Datum Monaci feriâ quartâ ante Valentini. Anno Domini MCCCXXV. Regni verò nostri anno XI. *Fol.* 87. *a.*

Nota quod Dominus Rex obligavit Wernhero Zchötoni civi Monacensi Stewram suam in Ebersperch per quatuor annos continuos pro Hermanno de Haldenperch ita quod singulis annis LXXX. libras denariorum Monac. percipere debeat de eadem. Tandem pro refusione damnorum, quæ eidem Monasterio in incendiis & rapinis per servitores Episcopi Saltzburgensis sunt illata. Idem Dominus Rex ob remedium animæ suæ, commutavit easdem octuaginta libras in quadraginta libras denariorum Monacensium per octo annos taliter quod predictus Schoto XL. libras de Stewra prædicta per annos octo à data litterarum suarum, quas prius habuit, recipere debeat & non ultra, quibus Stewris sic solutis predictum Monasterium quittamus harum testimonio litterarum. Datum Monaci feriâ quartâ ante Valentini. Anno Domini MCCCXXV. Regni verò nostri anno XI. *Fol.* 87. *a.*

Nota quod Dominus Rex obligavit strenuo viro Berchtoldo de Sevelt & suis heredibus castrum suum in Peytengaw cum advocatia & civitate Schönngawe pro CCCC. libris Augustensibus per ipsos tenen-

nendum donec per ipsum vel suos heredes ab ipsis redimatur pro pecunia supradicta, datum ut infra annis loco & die. Item obligat eidem stewram suam consuetã in Weilheim, que se extendit annis singulis ad XXX. libras denariorum Monacensium pro CCCC. libris denariorum & LXXX. libris, quas impendit in edificationem castri predicti, & pro expensis ibidem contractis à tempore edificationis usque in diem presentem transactis tamen tribus annis sibi prius desuper datis tenendam per ipsum quousque per ipsum Regem vel suos heredes pro predicta pecunia redimatur. Datum Monaci in Dominica Reminiscere Anno Domini MCCCXXV. regni verò nostri anno XI. *Fol.* 87. *b.*

Item Dominus Rex obligavit Arnoldo de Haidelberg Magistro camere sue tertiam partem decime sue in Pergenheim, quam habet ibidẽ in vino & Bledo pro CCXLVII. libris Hallens. in quibus sibi tenebatur, sicut docuit debita ratione per ipsum tenendam, donec predictam pecuniam de ea percipiat integraliter & complete, ita tamen quod secundum taxationem duorum proborum virorum bladum & vinum secundum, quod venditur inter festum beati Martini & nativitatem Domini, debeant annis singulis in predictis debitis defalcari permittit etiam Dominus Rex, quod Petrus de Chusein & Alheid uxor ejusdem, si predictus Arnoldus decederet, quod non esset sibi satisfactum, sive non percepisset pecuniam predictam, possunt eidem succedere in decima predicta & suis pertinentiis omni jure sicut ipse tenuit usque ad satisfactionem pecunie suprascripte. Datum Monaci feriâ secundâ post Reminiscere. Anno Domini MCCC. XXV. Regni verò nostri anno XI. *Fol.* 87. *b.*

Nota quod Dominus Rex locavit Ulrico dicto Mosmulner Machthildi uxori sue & ipsorum heredibus Molendinum suum in Ingolstat, quod vocatur Veltmul per ipsos tenendum cum suis pertinentiis quamdiu censum antiquum & consuetum singulis annis persolvere poterunt integraliter & completè. Datum Monaci in die beati Rudperti anno Domini MCCCXXV. Regni verò nostri anno XI. *Fol.* 88. *a.*

Item Dominus Rex contulit Ebordo * Hofero, Alheidi uxori sue & eorum heredibus in donationem propter nuptias centum libras denariorum Ratisp. pro quibus obligavit eisdem curias in Aychelberg & in Prukklein & novalia sita in Gaylenburg per ipsos tenendas, donec per nos vel heredes nostros ab ipsis pro predicta pecunia redimantur. Datum Monaci sextâ feriâ post vincula Petri, anno Domini MCCCXXV. regni XI. *Fol.* 88. *b.*

* in marg. manus recentior *Eberhardo.*

Item Dominus (Rex) contulit in Feodum Chunrado Litschawero & heredibus suis advocatiam bonorum in Holtzern solventem singulis annis XL. denar. Ratisp. tenendam & possidendam omni jure, quo ipse & sui progenitores eandem hactenus possederunt. Datum Monaci die & loco sub annis Domini ut supra & regni. *Fol.* 88. *b.*

Nota quod Dominus Rex quittat cives suos in Perngawe & omnes attinentes eidem Hofmarchye de Stewra ipsorum consueta & per eos annis singulis danda, à festo Beati Michahelis proximè preterito, per duos annos continuos & proximè subsequentes. Datum in Amberch Dominicâ proximâ post Michahelis Anno Domini MCCC. XXV. Regni verò sui anno XI. *Fol.* 89. *b.*

Nota quod Dominus Rex contulit Heinrico de Otterbach Feodum Castrense in castro Germersheim, quod quondam tenuit Gerhardus de Offenbach ab ipso & imperio. Datum in Ulma in vigilia conversionis Beati Pauli. Anno Domini MCCC. XXV. regni verò nostri anno XI. *Fol.* 112. *a.*

Nota quod Dominus Rex obligavit Waltero Eberhardo, Walthero & Reynbotoni de Mulnheim villas sitas in Muntat in Alsacia, que sibi & comicie Palatine pertinent pro CCC. marcis argenti per ipsos ac eorum heredes tenendas quousque per ipsum vel suos heredes ab ipsis pro predicta pecunia redimantur, vel donec ipse Rex & non alter ipsis predictam pecuniam in bonis aliis deputabit. Datum in Ulma in vigilia conversionis Beati Pauli. Anno Domini MCCCXXV. Regni verò nostri anno XI. *Fol.* 112. *b.*

Nota quod Dominus Rex contulit Syfrido Fullin feodum Castrense in castro Lichsperch, quod tenuit Burchardus quidam dictus Zorn ab ipso & imperio. Datum in Ulma in vigilia conversionis Beati Pauli. Anno Domini MCCCXXV. Regni verò nostri anno XI. *Fol.* 112. *b.*

Nota quod Dominus Rex obligavit Nycolao dicto Planchlin & suis heredibus pratum, quod vocatur Oschaimsant in Illenkirchen pro quadraginta marcis argenti, in quibus sibi tenetur ab ipso pro predicta pecunia redimendo secundum continentiam litterarum, quas ipsi ab Ulrico Lantgravio Alsatie habent, & iste, qui tenet Illenkirchen, non debet ipsum aliquomodo impedire. Datum in Ulma in vigilia conversionis Beati Pauli. A. D. MCCCXXV. Regni verò nostri anno XI. *Fol.* 112. *b.*

Nota quod Dominus Rex contulit Walthero de Wintertuwer feoda in Wezzelheim & suis heredibus, que antea tenuit Burchardus dictus Zorn ab ipso & imperio, per ipsos tenenda & utenda, & tenenda sicut predictus Burchardus tenuit, donec ab ipsis per ipsum Regem vel suos successores in imperio pro XXX. marcis argenti redimantur. Datum in Ulma in vigilia conversionis Beati Pauli anno Domini MCCC-XXV. Regni verò nostri anno XI. *Fol.* 112. *b.*

Item Dominus Rex mandavit Judeis in Hagenawe, ut intendant Heinrico de Vinsting quousque satisfiat sibi ad CCC. libras argenti & his solutis quittat eos de eisdem, harum testimonio litterarum datum in Ulma

ma Feriâ II. ante purificationem. A. D. MCCCXXV. regni XI. *Fol.* 113. *a.*

Item Dominus Rex contulit Ulrico dicto Gozzolt feodum foreste in nemore dicto Altorferwalt cum omnibus juribus & suis pertinentiis, quod tenuit quondam dictus Mamminger. Datum in Laugingen feriâ quartâ ante purificationem. A. D. 1325. regni XI. *Fol.* 113. *a.*

Item Dominus Rex quittat cives in Memmingem de Steura consueta per ipsos danda abhinc usque ad purificationem & abinde per tres annos continuos harum testimonio litterarum. Datum in Laugingen feriâ tertiâ ante purificationem anno Domini MCCCXXV. regni XI. *Fol.* 113. *a.*

Item Dominus Rex donavit Marquardo quondam Ministro in Maemmingen jus advocatitium Ecclesie Sancte Marie ibidem pro XV. marcis argenti per ipsum tenendum quousque de predicto jure advocatitio prescriptas XV. marcas percipiet integraliter & completè. Datum in Laugingen feriâ tertiâ ante purificationem annis prenotatis. *Fol.* 113. *a.*

Item Dominus Rex commisit Pirchelino officium Ministri in Memmingen. Datum loco die & annis suprascriptis. *Fol.* 113. *a.*

Item Dominus Rex donavit Alberto Stozzio centum marcas argenti, pro quibus obligavit sibi & Cristine uxori sue ac ipsorum heredibus *Brairegam* in Wecelsheim, duo predia ibidem & predium dictum Selhofstat, cum omnibus eorundem pertinentiis & judicatu super bonis Zenobil in Wiltzburch & omnia que ibidem de jure conferre possumus & in Pobenheim unam piscariam cum omnibus suis pertinentiis, per ipsos tenenda quousque à nobis vel nostris Successoribus in imperio pro predicta pecunia redimantur, ita tamen quod à festo Walburge proximè venturo post unum annum subintret possessionem eorumdem. Datum Monaci in die Beati Galli. Anno Domini MCCCXXV. regni XI. *Fol.* 113. *a.*

Nota quod Dominus Rex eximit & quittat Prepositum ac Monasterium in Dyezzen ab omnis Steura sive exactionibus advocatiis & serviciis quibuscunque per duos annos continuos à data presentium litterarum. Datum Monaci. A. D. MCCCXXV. regni XI. *Fol.* 114. *a.*

Item Dominus Rex eximit & quittat cives suos in Graefing ab omni Steura sive exactionibus advocatiis & servitiis quibuscunque per tres annos continuos à data presentium litterarum. Datum Monaci Sabbato ante Reminiscere. Anno Domini MCCCXXV. regni XI. *Fol.* 114. *a.*

Item Dominus Rex quittat & reddit liberos ac solutos cives in Rotweil de Steura consueta singulis annis per ipsos danda à festo Beati Martini proximè affuturo per quinque annos continuè subsequentes. Datum Monaci feriâ quintâ ante diem Palmarum. Anno Domini MCCCXXV. Regni XI. *Fol.* 114. *a.*

Item Dominus Rex quittat cives in Hailprunn de Steura per ipsos danda ad unum annum post exemptionem ipsis prius factam prout in eorum litteris continetur. Datum Monaci in Cœna Domini. Anno 1325. regni XI. *Fol.* 114. *a.*

Nota quod Dominus Rex donavit & contulit spectabili viro Berchtoldo Comiti de Hennenberch census seu redditus sexcentarum librarum denariorum Lubecensium de civitate & civibus Lubecensibus solvendas sibi singulis annis ad tempora vite sue. Datum Ratispone XII. kal. Maij. Anno Domini MCCCXXV. regni XI. *Fol.* 114. *a.*

*Wir Ludwig &c. verieben &c. daz wir den Chauf dez Hauses, daz verchauft hat Isach der Jude, der etwenn zu Nördlingen gesezzen waz, staet haben und staeten den geistlichen Leuten dem Comitier und dem tautschen Hauss ze Ellingen, als si ez gechauft habnt, mit der Bescheidenheit daz dem Reiche noch unserer vorgenanten Stat zu Nordlingen darumb die gewönlich Stuwr, nach dem Geding und unser oft geschriben stat uber ein chomen waz mit dem vorgenanten Juden und als ir Brief steent daruber nichtz abgee. Daruber zu Urchund &c. der geben ist zu Ingolstat des Eritags in der Pfingst-Wochen.* Anno Domini MCCCXXV. regni verò nostri XI. *Fol.* 115. *b.*

Nota * quod Dominus Rex commisit Chunrado dicto veter Ministro in Werdea. Officium Ministri ibidem à Festo B. Jacobi proximè venturo per duos annos continuos pro centum & XX. libris Hallensibus. Datum in Gundolfing feriâ quartâ post Viti anno Domini MCCCXXV. regni XI. *Fol.* 115. *b.*

* §. iste expunctus est.

Dominus Rex dedit Domino de Nyffen & heredibus suis patentem litteram suam majori sigillo suo pendente sigillatam, in qua profitetur, quod opidum Laugingen ipsis obligaverit pro mille libris Hallensibus usque ad absolutionem, quam ipse Dominus Rex vel heredes sui facere possunt, quandocunque volunt pro ducentis libris Hallensibus tantum & illis datis predicte mille libre omnino cessant, & littera Regis simpliciter est soluta, de hoc ipse de Nyffen dedit Domino Regi litteram suam patentem, que reposita est in camera Regis. Datum in Aychach feriâ quintâ post Joannis Baptiste. Anno Domini MCCCXXV. regni verò nostri anno XI. *Fol.* 115. *a.*

Dominus Rex confirmavit litteras & collationem quondam Ottonis Comitis Palatini & Ducis Bavarie avi sui datas & factam Monasterio Nove celle propè Frisingam de decimis Molendinorum in Monaco, & dedit eidem litteras suas. An. Domini MCCCXXV. IIII. Nonas Julii, regni verò sui anno undecimo. *Fol.* 115.

*Wir Ludwich von Gotes Genaden &c. verjehen offenlich an disen Brief, das wir unsern getrwen Zachreisen von Hohenrain und seinen Erben eingeantwurt und vorsazt haben*

*haben in Pfandes weise unser Gerichte zu Wolfratbusen mit allen nutz und (was) darzu gebört, als wir es her gehabt haben fur tausent pfunt Munchner Pfenning, der wir im schuldig warn &c. Der Brief ist geben vor Burgowe an dem obersten* Anno Domini MCCCXXV. regni verò nostri anno XI. *Fol.* 85.

*Wir Ludwich &c. veriehen &c. daz wir Fridrichen den Saeckendorfer Vogt ze Peyrreyt geben haben zu Stewr an ainem Rosse hundert pfunt Haller, die selben hundert pfunt slahen wir im auf daz Dorff zu Swartzach bey Franchenberg daz im von uns zu pfand stett, zu andern gelt daz er darauf hat als unser Brief sagent, die wir im daruber geben haben in aller weis, als dieselben Brief sagent umb ander gelt, daz im verschriben ist daruber zu Urchund &c.* Datum in Ulma feriâ sextâ ante Joannis Baptiste Anno Domini MCCCXXV. regni verò XI. *Fol.* 88. *a.*

*Wir Ludwich &c. verjehen &c. daz wir Marquarten dem Streyter Buger ze Regenspurch und Petersen seiner Hausfrawen verliben und abe gelazzen haben zu ir baider leibe, den gellt und den nutz unser Vogtay uber den Hof ze Urtaile, des Aygenschaft gebört zu dem Chloster ze Enstorf, den man uns gewönlich davon bizher gegeben hat, also doch, daz wir dieselben Vogtay uns und unsern Erben behalten, mit all ir Ere, die und da von an gebört, daryber &c. der geben ist zu Munchen des Freytags nach* Vincula Petri anno Domini MCCC.XXV. regni verò nostri anno XI. *Fol.* 88.

*Wir Ludwich &c. verjehen &c. das wir angesehen haben mangerlai Gepresten und Arbait, di di Leut in der Hofmarch ze Perngow, di uns von des Riches wegen an gebort, manger Zeit her erliden habent, und haben si gefriet und freyen si auch ewiclich von dem Rehten, daz da haizet daz Haupt-Reht, dez si uns und auch ir Erben, nach ir tode von Aygenschaft schuldich sint und weren, und sagen si dez ledich mit der Beschaidenheit, daz chaines der in der vorgenanten Hofmarch gebort und dez Riches aygen ist, Hausfraw oder Erben di dez egesprochen Riches aygen sint und beleibent nach ir wirt und vater tod, furbaz, weder uns, noch chainen unserm Amptman daz pest Haupt ze Haupt recht, geben schulen chainen weis und gepieten allen unsern Amptlewten &c.* Datum in Amberch Dominicâ proximâ post Michahelis anno MCCCXXV. Regni verò sui anno XI. *Fol.* 89. *b.*

Anno Domini MCCCXXV. in Nativitate Beate Marie Virginis gloriose Dominus Rex per rectam computationem concordavit cum Burchgravio de Nuremberch de omnibus, in quibus sibi tenebatur ex dampno & expensis, que pertulit in bello cum Duce Austrie & in obsidione castri Burgowe inclusis quinque millibus quingentis & sexaginta tt. Hallens. de quibus habent litteram Regis sicut superscriptum est in registro & mille ac quinquaginta tt. Hall., quas habent super Windesheim per litteras Regis & ceteris omnibus debitis suis usque in presentem diem computationis finaliter factam hinc inde complanationem receptorum & debitorum. Dominus Rex remansit sibi in novem milibus & trecentis libris Hallensibus, pro quibus obligavit sibi civitatem Windesheim cum Stewra & pertinentiis suis pro tribus millibus librarum Hallens. in pignus, & si absolvet officium Sculteratus addentur mille tt. H. sicut dicit instrumentum suum, super eo sibi datum. Item pro tribus milibus tt. Hallens. obligavit sibi similiter in pignus, civitatem in Weizzenburch cum Steura & Amanatu ac aliis pertinentiis sicut littere sue dicunt. Item pro aliis tribus millibus & trecentis tt. Hall. habet litteras recognitionis & nudi promissi, & sic plana sunt omnia inter eos. Datum Monaci anno & die ut supra. Anno verò regni undecimo.

## MCCCXXVI.

Nota quod Rex constituit Hermanno Schikkenreuterio pro Purchhuta in castro Heynspurch quolibet anno XXIIII. Libras H. de villa Vörst, quæ valet singulis annis XX. libras de censu & XX. libras de Stewra, & ipsam villam tenere debet plenè, cum omni usu, ita quod nulli officiales habent de ea aliquid facere, & de predictis redditibus debet habere XXIIII. libras Hallenses pro Purchhuta, & XVI. libras debet defalcare in debitis suis usque ad solutionem, ex eisdem computandam. Datum in Ulma in die Beate Lucie. Anno Domini MCCCXXVI. regni verò anno tercio decimo. *Fol.* 82. *a.*

Item Dominus Rex dedit civibus in Amberch Thelonium suum *auf dem Aertzperg* & Thelonium in civitate Amberch ac jura civitatis pro reformatione civitatis ejusdem per decem annos continuos, postquam expiraverint littere ipsis super eisdem Theloneis prius date. Datum in Velburch feriâ secundâ ante ascens. Domini. Anno Domini MCCCXXVI. regni sui anno XII. *Fol.* 90. *b.*

Item Dominus Rex dedit ac donavit Jus patronatûs Ecclesie in Maidling inferiori Monasterio & Conventui in Meidling pro mensa sua. Datum in Lauging feriâ quartâ ante Thome, anno Domini MCCCXXVI. regni verò Regis anno tertiodecimo. *Fol.* 90. *b.*

Nota quod Dominus Rex deputavit Rugero Longepallio civi Augustensi Steuram suam in civitate Werde per duos annos continuos pro octingentis libris Hallensibus, scilicet pro quolibet anno CCCC. libras Hallenses, inchoando & recipiendo eam per ipsum & heredes suos à festo Martini proximè venturo post unum annum. Datum in Augusta in vigilia Apostolorum

Symonis & Jude, anno Domini MCCCXXVI. regni verò sui anno XII. *Fol.* 93. *a.*

Item Dominus Rex deputavit eidem Rugero & ipsius heredibus apud civitatem suam in Ingolstat octingentas libras Ratisponens. denar. recipiendas per eos ab Epyphania Domini proximè adventura per quatuor annos continuos, ita quod in quolibet festo Epyphanie Domini, recipient ducentas libras denariorum Ratisponensium. Annotatum per me Berchtoldum Registratorem in die Apostolorum Symonis & Judæ. Anno Domini MCCCXXVI. Regni verò predicti Regis anno XII. Rege existente in Augusta. *Fol.* 93. *a.*

Nota quod Dominus Rex quittat Judeos in Werde de Stewra consueta à festo purificationis proximè venturo, per duos annos continuos per eos danda scilicet de centum libris Hallensibus: hoc est de quolibet anno quinquaginta libr. Hallens. Datum in Laugingen in crastino Beati Michahelis anno Domini MCCCXXVI. regni verò sui anno XII. *Fol.* 93. *b.*

Nota quod Dominus Rex deputavit Ammano civi Ulmensi, CLX. libras Hallenses de Steura Ulmensi proxima regi danda. Datum in Augusta, in crastino Beatorum Apostolorum Symonis & Jude. A. D. MCCCXXVI. regni verò sui anno XII. *Fol.* 104. *b.*

Item deputavit Chuntzelmanno civi Ulmensi de eadem Steura centum libras Hallenses. Datum in Augusta in vigilia Beate Kateryne. Annis Domini & regni ut supra. *Fol.* 104. *b.*

Nota quod Dominus Rex commisit Officium Ministri in Werdea consilio & communi civitatis in Werdea, dantes eisdem potestatem committendi officium supra dictum cuicunque voluerint. Datum in Ulma in die beate Lucie anno Domini MCCCXXVI. regni verò nostri Regis anno tertiodecimo. *Fol.* 114. *b.*

Nota quod Dominus Rex jus patronatûs parochie in Aufkirchen Augustensis Diocesis donatum per Ludovicum Comitem de Oting seniorem, & Hermannum Heinricum & Engelhardum fratres de Hornburch, quod in feodum habuerunt ab imperio fratribus Theotunicis ordini & domui de Otinga auctoritate regiâ incorporavit, donavit, transtulit, & jure proprietatis concessit. Datum in Werdea feriâ quintâ ante Nycolai. Anno Dom. MCCCXXVI. regni verò sui anno tercio decimo. *Fol.* 115. *a.*

Item Dominus Rex quittat cives Nurembergenses de Steura per eos in festo B. Martini proximè affuturo danda scilicet de duobus millibus librarum Hallensium, de quibus expediverunt ipsum Regem in mille libris Hallensibus in expensis ad curiam suam datis & residuo mille libre sunt deputate Burchgravio in Nuremberch. Datum in Nuremberch feriâ sextâ ante ascensionis Domini. A. D. MCCCXXVI. regni verò sui anno XII. Item eod. anno Sabbato proximo post Martini cives Nurembergenses sunt quittati de mille tt. Hallens. suprascriptis & Burchgravio deputatis. *Fol.* 116. *a.*

Item Dominus Rex contulit Widrolto de Wartenvels feodum Castrense super castro Furstenberch, de quo percipiet in Thelonio nostro in Bacheraco & heredes sui quatuor marcas singulis annis. Datum in Chuba feriâ quintâ hoc est in die Bonifacii. Anno D. MCCCXXVI. regni verò sui anno XII. *Fol.* 117. *b.*

Item Dominus Rex contulit Hermanno de Wassenheim & suis heredibus feodum Castrense, quod pertinet in Hamerstain. Datum in Chuba ferâ quintâ post diem beati Erasmi. Anno D. MCCCXXVI. regni sui anno XII. *Fol.* 117. *b.*

Item Dominus Rex deputavit Joanni de Wancheim & Eberhardo de Maspach Stewram consuetam in Gaylenh. scilicet trecentas libras Hallenses dandam in festo Beati Martini proximè affuturo. Datum in Sweinsfurt in die Urbani. Anno Domini MCCCXXVI. Regni verò nostri anno XII. *Fol.* 117. *b.*

Anno Domini MCCCXXVI. feriâ sextâ post nativitatem beate Marie Virginis gloriose Dominus Rex deputavit Nobili viro Friderico Burchgravio in Nurenberch Steuram consuetam civium in Nurnberch, scilicet duo millia librarum Hallensium quam tenentur dare à Festo Martini proximè venturo post unum annum & tunc in festo Martini dant.

Item deputavit eidem Burchgravio Steuram consuetam civium in Nordlingen scilicet trecentas libras Hallenses, quas etiam tenentur dare à festo Martini proximè venturo post unum annum, & dant tunc in festo Martini. Datum in Nurenberch annis Domini & die prenotatis regni verò predicti Regis anno duodecimo. *Fol.* 119. *a.*

Nota quod Dominus Rex remansit debitor in duobus milibus librarum Hallensium nobili viro Friderico Burchravio in Nuremberch pro expensis quas hucusque in servitio nostro veniendo, stando & redeundo fecit, de quibus sibi satisfacere infra annum tenemur, ubicunque se facultas obtulerit, quod si infra annum non fecerimus, tenemur sibi ad arbitrium . . de Hennenberch & Weiglini de Trausnit assignare obligationem pro eisdem. Datum in Augusta in vigilia Apostolorum Symonis & Jude. An. Domini 1326. regni XII. *Fol.* 119. *b.*

Nota quod Dominus Rex quittat Judeos Augustenses de Steura per eas danda in festo B. Martini proximè adventuro & promittit pro illo anno ipsos super ipsa Steura non amplius infestare. Datum in Augusta in die Apostolorum Symonis & Jude. Anno Domini MCCCXXVI. regni verò sui anno XII. *Fol.* 119. *b.*

Nota quod Dominus Rex mille ducentas marcas ponderis in Cholmar in recompensam

ſam ſervitiorum dedit Johanni de Mörswiler, Petro de Sunthrinen & Nicolao Mucheler ſuper Stewra, in civitate Cholmar tam diu, donec de dicta Stewra, de dicta pecunia ipſis integraliter fuerit ſatisfactum. Datum in Werdea feriâ ſecundâ poſt Andree. Anno Domini MCCCXXVI. Regni verò Regis anno XIII. *Fol.* 120. *a.*

Nota quod Dominus Rex Gerhardum & Johannem dictum Hertzogen de Chaiſersperch, Chunonem de Lyntpurch, Ruſelinum Warmannum, Ulricum dictum Chunich de Durncheim ex plenitudine poteſtatis abſolvit, & ſolutos pronuntiavit ab omni ſorte principali & uſura, in quibus Judeis ſunt & fuerunt per totam Alſaciam obligati cum Fidejuſſoribus eorundem. Datum ut ſupra. *Fol.* 120. *a.*

Nota quod Dominus Rex Joanni de Mörswiller militi villam Morsviller cum omnibus juribus regalibus ibidem obligavit pro LXXX. marcis ponderis Columbarienſis tamdiu tenendam pro ſe & heredibus, donec Dominus Rex aut ejus Succeſſor ipſam ab eis abſolvat pro dicto argento, & remittit eis fructus & percepta medio tempore de gratia ſpeciali. Datum ut ſuprà. *Fol.* 120. *a.*

Item Dominus Rex contulit dicto Joanni & heredibus ſuis, feodum Caſtrenſe in Blichsperg, ſi Rudigerus de Mörswiller Caſtrenſis feodi ibidem ſine maſculis heredibus decedat. Datum ſabbato ante Marci, regni Regis anno XII. *Fol.* 120. *a.*

Fridericus Auſtralis. dederat ſexaginta marcas argenti ponderis Conſtantienſis, Henrico de Hall Miniſtro in Ulma pro fidelitate & obſequiis ſuis, & conſtituit ſibi pro illis redditus triginta librarum Hallenſium de Banno piſtorum & pannificum in Ulma per litteras ſuas datas in die S. Mauricii in Egelingen, anno Domini MCCCXXVI. incipiendas per ipſum & heredes ſuos, donec de predicto argento eisdem fuerit ſatisfactum. Rex easdem LX. marcas in eisdem redditibus ſub eadem forma nunc & de novo dedit, litteris ſuis. Datum in Ulma feriâ ſextâ ante Lucie. Anno Domini MCCCXXVI. regni ſui anno tertio decimo. *Fol.* 120. *b.*

Item Dominus Rex promittit quod ſtrenui viri Erwicus & frater ſuus dicti Guzzen poſſunt colligere Judeos in foro ſuo Leypheim usque ad revocationem ſuam. Datum in Lawging feriâ quartâ ante Thome, regni Regis anno XIII. *Fol.* 120. *b.*

## MCCCXXVII.

Item Dominus Rex contulit Chunrado Helbelinch & Ulrico filio ſuo prepoſituram cum omnibus ſuis pertinentiis ad tempora vite ſue, quam quondam tenuit Hiltprandus dictus Perehinger. Datum in Inſprukka Dominica ante Epyphaniam Domini. Anno Domini MCCC.XXVII. Regni verò ſui anno XIII. *Fol.* 91. *a.*

*Verſaz-Brief umb Cling und die Stevvr des Cloſter Seon.*

*Wir Ludwig &c. verjehen &c. das wir unſern lieben getrewen Thomam von Freuntsperch und Heinrichen den Preyſinger von Wollentzach unverſcheidenlich verſetzet habn umb ſechshundert und ſechzehen pfunt Municher pfenning unſer Gericht ze Cling mit allem nutz und unſer Stuwir auf dem Chlöſter zu Sewen, daz ſi daz ſelb Gericht und die Stewr als-lang inne haben ſulln und niezzen, untz ſi nach jarlichen Abslag von dem Gericht funfzich pfunt, von der Stewr hundert pfunt das vorgeſchriben gelt gar und ganzlich nach den vorgeſchriben Abslag ain genemen und des vorgenanten geltes habn wir den vorgenanten Thoman von Freuntſperch an dem gelt und wir im ſchuldich wörn verrichtet mit der vorgeſchriben Satzung funf hundert pfunt Municher pfenning und geloben in ez ze verſetzen fur ain ledigs Gut.* Datum in Inſprukka in vigilia Epyphanie. Anno Domini MCCCXXVII. regni verò noſtri anno XII. *Fol.* 91. *a.*

---

## III.

# *Diplomatarium Ludovici Bav. Imp. Aug. annos Imperii ejus, Tertium, Quartum, Quintum & Septimum illuſtrans.*

*Ex Regeſto Autographo Notarii ejus Bertholdi de Tuttlingen.*

### *Exemptio à Thelonio urbi Pragenſi conceſſa.*

Ludovicus &c. Prudentibus Viris . . Conſulibus cæteriſque civibus univerſ. Civitatis Bragenſ. ſuis &c. gloria celſitudinis noſtre peramplius dilatari & adornari indubitanter cognoſcatur dum noſtros & Imperii fideles ſpecialibus favoribus, honoribus & beneficiis reſpicimus, ac etiam proſequimur prærogativarum munificentiis generoſis, ſanè itaque conſiderantes, quod per hujusmodi liberalitatis noſtræ benevolentiam nobis ſubditorum noſtrorum ac aliorum fidelium vota favorabilia & conſtantia nec non etiam obſequiorum ſuorum promptitudinem certitudinaliter vendicamus: vobis univerſis & ſingulis veſtriſque Succeſſoribus in civitate predicta de ſolita clementia largitatis noſtre hanc gratiam ſpecialem concedimus, & harum litterarum ſerie liberaliter indulgemus,

lia librarum denariorum Argentinensium dare & solvere tenemur & debemus in suorum dampnorum refusionem & recompensam specialem cujus quidem pecunie summam predicto Episcopo in opido dicto Nopenow alias quondam Johanni Episcopo Argentinensi in certa summa obligatum trecent. libr. predictorum denariorum juxta continentiam aliarum librarum nostrarum sibi datarum super eo assignavimus & deputavimus, & residiam partem dicte summe videlicet tria milia & septingentas libras eorundem denariorum nos sibi in decem & octo Hallens. in Theolonio in Oppenheim per nos instituto de mercibus vel rebus transeuntibus obveniendis vel alibi ubicunque nos Theolonium super Renum instituere contigerit, disponimus & deputamus per eum vel Successores suos Episcopos Argentinenses dictos decem & octo Hallens. in hujusmodi Theolonio recipiendos & tollendos quousque de tribus milibus & septingentis libris fuerit totaliter expeditus, pro qua etiam summa pecunie eidem Episcopo spectabiles & nobiles viros fideles nostros Fridericum Burgravium de Nurenberch, Gerlacum Comitem de Nazzaw, Rudolffum seniorem de Baden & Fridericum Marchionem de Baden, Bertoldum Comitem de Niffen, Rud. Comitem de Hohenberch, Eber. Comitem de gemino Ponte & Ulricum Comitem de Wirtenberg, Lud. de Lichtenberg, Joannem de Ochsenstein, Chrastonem & L. de Hohenloch in solidum, qui pro nobis pro dictis pecuniis promittunt fidejussionem duximus statuendos taliter quod si dictum Episcopum vel Successores suos prefatos in antedicto Theolonio impediri vel amoveri ab eo contingeret, quod tunc eorum quilibet famulum honestum cum duobus equis in civitatem Argentinensem mittere tenebitur ad obstagium ibidem tam diu continuandum quoad dictus Episcopus vel sui Successores de pecunia pretacta fuerint integre pagati & expediti, & si aliquis vel aliqui predictorum fidejussorum id transgrediendo violaverint nondum pecunia ipsa persoluta ex tunc jam dicto Episcopo vel Successoribus suis Episcopis Argentinensibus, civitates nostras imperiales vel bona & homines ipsius imperii, absque nostra & ipsius Romani Imperii seu Regum vel Imperatorum, qui pro tempore fuerint, indignatione & offensa usque ad completam prefate pecunie solutionem & satisfactionem arrestare occupare liceat & inpignorare. In cujus &c. Datum in Hagenaw anno Domini MCCC. tertiâ feriâ ante Laurentii, regni nostri anno XVI. Imperii verò tercio.

Ludovicus &c. constare &c. quod nos ex pronuntiatione & ordinatione Illustris Regis Bohemie & Polonie & Comitis Lutzelburgensis Principis & sororii nostri dilecti, Venerabili Berh. Episcopo Argentinensi Principi nostro in recompensam dampnorum sibi per nostros homines & servitores illatorum trecent. libras denar. Argentinens. super opidum Noppenaw cum pertinentiis suis singulis irrevocabiliter & ex justis causis in certa summa pecunie obligatum quondam Johanni Episcopo Argentinensi duximus deputandum, addendum & assignandum per eum & Successores suos Episcopos Argentinenses in prefatis CCC. tt. denariorum habendum, possidendum & uti fruendum absque devalcatione fructuum quousque per nos & Successores nostros exsolutum fuerit & redemptum, harum testimonio litterarum ut supra.

*Wir Ludwig &c. verjehen &c. daz wir den bescheiden Lawten dem Rat und den Burgern ze Zelle die besunder Genad getan haben, also daz si einnemen den Zol und daz Ungelt in derselben Stat von unser Frawen Tag, als si ze Himel fur, vier gantzew Jar, und sullen auch datz selb Gelt an ir Stat verpawen, und dez ze Urchund &c.* Datum in Columbaria in vigilia assumptionis anno &c. regni &c.

*Wir Ludwig &c. verjehen &c. daz wir Eberharden Philippes verliben haben das Schulthaizz Ampt und daz Ungelt halbes von unser Frawen Tag der Jungern * und darnach uber zway gantzew Jare, und dar uber &c.* Datum in Hagenaw in die Sancti Sixti. Anno &c. regni &c.

* an festum Nativitatis *als si jung wird* ?

*Wir Ludwig &c. verjehen &c. daz wir Chraften von Hohenloch erlaubt haben ein Stat ze machen ze Ullenshoven, und geben in auch einen Wochen Marg &c. an der Mitwochen und bestaetigen inen alle deu recht die Halle hat und daruber &c. der geben ist ze Hagenaw an dem Dinstag vor Lawrenti* Anno &c. regni &c.

*Wir Ludwig &c. verjehen &c. daz wir unser und des Reichs Stat Offenburch erlaubt haben, daz si einen Purgermeister setzen mügen, der inn und der Stat aller best Fuge und auch Einnung und gesezt under in tun, darzu erlawben wir in, daz die Eynung von Metzlern von Brodbeken und ir Waelden, und daz Gelt, daz gevellt von der Stat Insigel, gevallen sol zu gemeinen Nutz und die Genad tun wir in untz an unser var an unser Nachkomen an dem Reich Widerspruch und wellen &c. und daruber &c. der geben ist ze Preysach an unser Frawen Tag, als si ze Himmel fur.* Anno &c. Regni &c. Imperii &c.

Ludovicus &c. Strenuis Viris Walthero & Johanni de Schaftoltzheim & Johanni filio quondam Kage fideli &c. cum dive memorie Adolffus & Heinricus Romanorum Reges vos meritis & servitiis vestris exhibentibus novem marcarum redditus in villis nostris & Imperii Innenheim & Derotsheim nec non in hominibus nostris in Dalheim & in Achenheim pro nonaginta marcis argenti, quas prefatus Adolffus predecessor noster pro Castrensi Feodo in Ahenheim vobis constituit litteris suis duxerit pignori obligandos eorumdem tramite incedentes, vos predictam concessionem Castrensis feodi & obligationem novem mar-

carum pro eo factam omni modo & forma, quibus fieri dinoscitur, & nihilominus villam dictam Egirnsheim quam vobis in supplementum feodorum predictorum ex speciali gratia aliis nostris litteris regalibus attribuimus, ratificamus, approbamus & presentis scripti patrocinio confirmamus. In cujus &c. Datum in Sletstat Dominicâ ante assumptionem. Anno &c. Regni &c.

Ludovicus &c. Strenuo Viro Burchardo de Wantzleve fideli &c. conquestus est nobis Johannes de Virise civis Madeburgensis, quod Consules Madeburgenses ipsum a civitate Madeburgensi absque causa valabili expulerunt, ac bona sua, que ibidem habuit, temere occupârunt, quo circa fidelitati tue committimus per hec scripta quatenus vocatis vocandis causam audias, & si rem ita inveneris, prefatum Johannem ad dictam civitatem pacificè admitti, & ablata sibi restitui auctoritate nostra decernas & precipias cum effectu, faciens quod decreveris remediis propriis firmiter observari. Testes autem qui nominati fuerint, si se gratia odio vel timore subtraxerint, compellas similibus remediis veritati testimonium perhibere. In cujus &c. Colmar in die assumptionis Beate Marie Virginis. Anno &c. Regni &c. Imperii.

*Nota* quod Dominus constituit Jacobinum de capite filium quondam Rumerii de Cumis, ubi libet in toto Romano Imperio Monetarium & Monte fabricatorem. Datum ut supra. Simili modo constituit Ranicium filium quondam Marci de Bognariis de Cumis in Monetarium.

*Nota* quod Dominus constituit Noffrinum Ilapimi civem Romanum in Camerarium urbis Rom. & cum hoc debet habere in dicto officio suum Notarium cum salario ad hoc deputato. Datum ut supra.

Ludovicus &c. constare &c. Quod nos confisi de fide & legalitate Nobilis Viri Guntheri Comitis de Swartzpurch gratum & ratum habemus & penitus approbamus, quod Illustris Fridericus Marchio Michsensis princeps & gener noster karissimus ipsum pro Gubernatore & Capite Marchie Brandenburgensis nostro nomine ac filii nostri Ludovici Marchionis predicte Marchie fecit constitui, & constituit maturius ordinandum. Mand. &c. in cujus &c. Datum in Argentina in die B. Laurentii Anno &c. Regni &c. Imperii &c.

*Wir Ludwig &c. verjehen &c. und tun chunt &c. das fur uns chomen sind die unser lieb getrewen die Burger von Mulnhusen zu Sungaw, und habent uns diemueticlichen gebeten, daz wir in und der Stat ze Mulhusen von unser Cheiserlichen Milt und Gutichcit bestaetigen wolten und berichten die Hantvest und die Genad, die hernach von Wort ze Wort geschriben stent: Heinrich von Gotz Genaden Romischer Chunick allwegen des Reichs Merer* (1) *und der Brief endet sich also, der Brief ward geschriben . . . allen seinen guten Laeuten in seinem Reiche &c. daz wir unsern Luten den Burgern und der Stat ze Mulhusen an Sungaw han gegeben die Recht, die hienach geschriben stant: dez ersten daz si allerhand Leben han mugen und besitzen nach Lechens Recht und Gewonheit. Der Schulthaizz, den wir in geben, der sol cheinen Burger vahen an reht Geriht. Der selb Richter sol in dhein Amptman geben dan den in der Rat selb erkiset, wir haben in auch geben, zwelcher Burger den andern ze tod slehet, wirt er an den Mört erwischet, der sull daz Haupt verlurn han; entrinnt er, man sull im fur gebieten drey Tag, chumt er dan niht fur, sein Gut in dem Bann ze Mulh. ligendes und varendes sol sein des Reichs und der Leip des Tötens Freunde, und der Stat zehen Pfunt Phenning, und sol auch nimmer in die Stat chomen, machet ein Burger den andern blutrunst mit gewappenter Hant, der bezzert dem Richter zehen Pfunt Pfenning oder sein haut wie ez der Schulthaiz wil dem Chlager ein Pfunt, der Stat ein Pfunt, und sol auch ein Jar und Tack von der Stat und nymer ein ze chomen, an dez Chl.* Der Brief ward geschriben und geben ze Cholmarn an aller Heiligen Abent, do man zalt von Christes Geburt dreutzehenhundert Jare und neun Jare in dem ersten Jare unsers Reichs. Nu haben wir angesehen, daz wir all unser und des Reichs Stet gern bey den Genaden und Vreyheiten beleiben lazzen und behalten die si von unsern vordern saeligen Romischen Chunigen und Cheisern habent, und haben den vorgenanten Burgermeister und der Stat ze Mulhausen bestaetigt und bestaetigen in auch von unsern Cheyserlichen Gewalt die vorgenanten Hantvest mit allen Genaden und Freyheiten, die darangeschriben stant mit disen gegenwurtigen Brief und daruber ze Urchund &c. der geben ist ze Cholmarn an unser Frawen Tag, als si ze Himel fur. Do man zalt von Christes Geburt drewtzehen hundert, darnach in dem dreizzigistem Jar. In dem achtzehendem Jar unsers Reichs und in dem dritten des Cheisertums.*

*Wir Ludwig. verjehen. daz wir gehaizzen dem Purgern und der Stat ze Cholmarn dhein, der auz der Stat ist, wider ein ze füren an ir Willen.*

*Darnach haben wir si gefreyt von der gewonlichen Stewr, die si uns geben sullen funf Jar.*

*Wir Ludwig &c. verjehen, daz wir die reht Vreyheit und gut Gewonheit der Stat Munster und dez Tales do selbes bestaetigt haben und bestaeten mit disen Brief.* Datum Basilee feriâ terciâ ante Bartholomei anno Domini MCCCXXX. Regni &c. Imperii &c.

*Nota*

(1) quæ sequuntur in Codice meo erant decussatim deleta usque ad Asteriscum sequentem.

*Nota* quod Dominus confirmavit civitati Basiliensi omnia privilegia, quæ habent à Heinrico Alberto Romanorum Regibus predecessoribus nostris & quoddam privilegium ipsis concessum à Rudolffo Episcopo Basiliensi.

*Wir Ludwig &c. verjehen &c. daz wir unsern Juden, die ietzu zu Gundolfingen gesezzen sind oder hernach sitzent werdent, die Genad getan habent, daz wir niht wellen, daz si ieman schatze noch dhein Dienst noch Stewr von in neme noch mute, wir verjehen auch, daz wir selb von den obgenanten Juden hinnan hin dhein Dienst, Stewr noch Schatzung nemen sullen denn ir gewonlich Stewr, die si uns jarlich geben sullen.* In cujus &c. Datum Monaci Sabbato post Walburgis. Anno Domini MCCCXXXI. Regni nostri anno XVII. Imperii quarto.

*Wir Ludwig &c. verjehen &c. daz wir die Satzung, die unser vorforder Chunig Adolf salig getan hat, unserm Bruder Herzog Rudolffen saligen zu seiner Wirtin Machthilden des selben unsers Vorfarn Tohter auf dem Newenmargt auf Bergaw und auf Hersbruckk und auf Urbach fur zehen tausent Marck Silbers bestaetingen und bestaetigt haben von unserm Cheiserlichen Gewalt mit disem Brief also daz ez unsers vorgenanten Bruders Sun Rudolph und Ruprecht uns ir Erben die vorgenant Gut als lang inne haben mit allen Rechten, Nutzen, Eren, die dar zu gehört, biz wir oder unser Nachkomen an dem Rich si von in wider erledigen &c. der geben ist ze Nürnberg an der Mitwochen in der * den Pfingsten.* Anno Domini MCCCXXXI. Regni nostri anno XVII. Imperii verò quarto.

* ita Cod.

Privilegiorum Episcopatus Herbipolensis Confirmatio.

Ludovicus &c. Venerabili Wolframo Episcopo Herbipolensi Principi suo dilecto &c. Firmavit Dominus regnum nostrum ponendo nos in summum gradum Imperatorie dignitatis ut subjectis &c. ad tuam igitur votivam petitionem per nostras Regales litteras vel per quemcunque predecessorum nostrorum Rom. Impp. & Regum privilegia & indulta concessas & concessa, Tibi, tuis Successoribus tueque Ecclesie prenotate ex certa nostra scientia confirmamus, approbamus, & iterum de novo concedimus de plenitudine Imperatorie potestatis propterea collationem feodorum, que jam dudum à nobis antequam fuissemus ad apicem dignitatis Imperatorie sublimari recepisse dinoscis, tibi per nos factam presentis scripti Patrocinio habere decernimus roboris firmitatem, & ex nunc de novo & tibi & Ecclesie tue supradicte omnia & singula feoda à nobis & imperio dependentia, in quibus tibi & Ecclesie tue jus competit, conferimus in his scriptis. Nulli ergo &c. sub pœna indignationis &c. in cujus &c. Datum in Nurnberg die Sabbati ante Dominicam Misericordie Domini. Anno Domini MCCCXXXI. Regni nostri anno XVII. Imperii verò quinto.

*Nota* quod Dominus contulit Dychmanno de Naghaim *den Kirchsatz* & Decimam in Wolfskel, que dependet ab Imperio. Datum in Nurnberg Sabbato ante Georij.

*Nota* quod Dominus confirmavit H. Advocato seniori in Gerach & suis heredibus omnia eorum castra, Wildpan, Bruchberch & ipsorum Judeos, Theolonia, Monet. & conduct. sicut ipsorum antecessores hucusque habuerunt. Datum in Nuremberg in die S. Georij.

*Nota* quod Dominus debet dare Ludovico de Hohenloch à festo Pentecostes per unum annum mille libras Hallenses & cum hoc omnes sue littere, quas habet à Domino Imperatore pro debitis & suis expensis & dampnis sunt annichilate. Datum in Nurmberg triduo ante Georgii. Simili modo sunt date eodem die Gotfrido de Hohenloch quingente libre Hallenses & etiam littere sunt annichilate.

*Wir Ludwig &c. verjehen &c. das wir angesehen haben den trwen und nutzlichen Dienst, den uns unser lieb Juden zu Nwrnberg getan habent, und darumb so sagen wir si frey, und geben in die Freyheit, daz si da sitzen sullen ledig und frey an alle Stewr, an alle Pete und auch an alle Beswarnuße und an Gevanchnuße von uns, von unsern Pflegern und allen unsern Amptlawten und von allem unserm Gewalt, an allez Gevaerde von nu Sant Walpurg Tag, derschierist chumt darnach uber drui Jare, und denselben dreien Jaren so sullen si alle Jare furbaz dienen mit vier hundert Pfunt Haller, und swenn auch die Burger zu Nurenberg von dem Rat daewchte daz sie sich gelezzet hetten, daz si mer gedienen mochten, des sullen si gehorsam sein nach der selben Burger Rat, wir geheizzen auch den Juden bey unsern Cheiserlichen Trwen der Worten, daz si uns und dem Rich desterbaz gedienen mugen, daz wir si firdrent sullen sein und geholffen um ir Gut und umb ir Gult gen aller manglichen umb allez daz, daz si zeschaffen haben, und daz wir si auch niht beswaeren sullen an denselben Genaden, die wir in getan haben noch nieman von unsern wegen, noch von des Richs wegen weder an ir Leib oder an ir Gut an alles Gevaerd. Wir tun in auch sunderlich die Genad, daz si nieman beclagen noch anvechtigen sol umb dheinerley Sach umb swie die genant sey vor geystlichen noch vor werltlichem Geriht, dan allein vor unsern Richter zu Nwrmberg, und wir sullen auch nieman dhein Brief noch Botschaft geben, noch tun an dieselben unsern Juden zu Nwrmberg, die in zu Schaden moht chomen und gehindern mocht an ir Gut und auch an ir Gult, wir haben in auch mer geheizzen, daz wir si furbaz nimmer versetzen noch verchumern sullen gegen nieman daryber &c.* Datum in Nwrnberg feria ante quasi modo genita. Anno Domini MCCCXXXI. Regni nostri anno XVII. Imperii verò quinto.

Ludo-

Ludovicus &c. Discreto Viro Henrico de Bosvelt &c. gratiam &c. devotionis &c. hinc est quod tibi judicium secretum in Volmanstein in Westphalia, quod à nobis & Sacro Romano Imperio derivare & descendere dinoscitur premissorum obtentu auctoritate nostrâ imperiali conferimus & concedimus presentium per tenorem tribuentes tibi executionem Banni & jurisdictionis solitam & consuetam & prout ejusdem officii & judicii consuetudo duxerit antiquitus requirendum, in cujus &c. Datum Ratispone feriâ quartâ ante Pentecosten. Anno Domini MCCCXXXI. Regni nostri anno XVII. Imperii quinto.

Gratia illorum de Windesheim.

*Wir Lud. verjehen &c. daz wir angesehen haben den Dienst Winsheim &c. und befindlich, daz si nu durch unser Gebet uns und dem Riche zu hilf dem Edeln mann Fridrich Burggraven zu Nwrnberg an dem Gut darumb im Windesheim ze Pfand stat, fur uns gegeben habent drui tausent Pfunt Haller uber die gewonlichen Stewr, und haben in die Genad getan, daz si ledick und frey sullen sein von uns und allen unsern Amptlawten aller ungewonlicher Satzung, Stewr, Bet und Dienst hinnan untz Sant Martins Tag und darnach uber sechs Jare, wan si in der unst nieman niht geben sullen, dann ir gewonlich Stewr, der ist drui hundert Pfunt Haller, wir losen si von dem Burgraven oder niht, so sol doch die vorgenant unser Guad staet beleiben, ane Gevaerde als vor geschriben stet. Da von gebieten wir allen unsern Amptlawten &c.* In cujus &c. Datum in Nwrnberg anno Domini MCCCXXXI. VIII. die post festum Pentecosten, Regni nostri anno XVII. Imperii verò quinto.

*Nota* quod Dominus Imperator ad petitionem civium in Windesheim confirmavit ipsis quoddam privilegium Adolffi Regis, quod est, quod ad nullum judicium seculare extra civitatem suam possint vocari, dummodo conquerentibus contra eos coram judice civitatis predicte, justitia non negetur. Item confirmavit ipsis aliud privilegium Alberti Regis, quod est, ut à bonis seu possessionibus quibuscunque in metis civitatis predicte sitis à quibus quidem bonis seu possessionibus tempore Rudolffi Regis Stewarе consuevit, Stewram in antea recipere & colligere debeant. Item confirmavit ipsis quoddam privilegium Henrici Imperatoris, quod est, quod nullus civium inhabitantium oppidum predictum extra civitatem ad aliquod judicium trahi possit, dummodo querentibus in dicto oppido justitia non negaretur. Datum ut supra.

Gratia illorum de Ipohoven.

*Wir Ludwig &c. verjehen, daz wir den beschеiden Lawten von Ipboven die Genad getan haben, daz si iren Flecken und Stat zu Ipboven gevesten und gebawen mugen mit Muren und Graben, und ein Stat darauz ze machen, und geben in alle die Freyheit und Reht, die unser und des Richs Stat Gaylnhusen habent ist an Stet Reht an Margreht und an anderen Sachen die darzu geborent.* In cujus &c. Datum in Nwrnberg in die Urbani. Anno Domini &c. Regni nostri &c. Imperii &c.

*Nota* quod Dominus fecit gratiam Friderico de Brumbach ita quod ipse & heredes sui possint habere sex Judeos in castris suis, ubi sibi placuerit cum omnibus juribus, sicut nos ratione Imperii tenemus. In cujus &c. Datum ut supra.

*Nota* quod Dominus fecit gratiam Walthero de Geroltzekh Domino de *Lewe* * & contulit sibi montem dictum Enge, ita quod ipse & heredes sui ibidem possint & valeant querere & laborare argentum & Argentifodinam. in cujus &c. Datum ut supra.

* Lect. liturata.

*Wir Ludwig &c. tun chunt &c. daz mit unserm Willen und Gunst unser liebe Furste Wolfram der Bischof von Wurtzburch von dem Edeln mann, Ulrich von Hanaw die Gut Ipboven, Tetelpach und Raperdorf und swatz darzu gehört, dem Stift und dem Gotzhaws gechauft hat, und die selben Dorffer verleihen wir dem Pischof und dem Stift mit allen iren Rehten.* In cujus &c. Datum ut supra.

*Ludwig &c. verjehen, das der Edel mann Margraf Rudolf der Elter von Baden mit unserm Willen, seins Bruders Sun Marggraf Rud. Hessen all seiner Leben und Gut, die er vor dem Rich hat, und mit Namen die Burch Muluberg und swaz darzu gehört und gemacht hat, also ob daz waer, daz er an Leib Erben verfur, daz dann sins Bruders Sun si erben sol, als sein rehter Erbe und daz gemacht bestaeten wir und verleihen auch dem vorgenaunten Marggrafen Rud. Hessen dieselben Gut mit sampt seinem Vettern Marggraf Rud. dem Eltern von Baden mit disem Brief.* Datum in Nwrnberg in die Urbani. Anno &c.

*Nota* quod Dominus obligat Wolframo Episcopo Herbipolensi & Capitulo civitatem Rotenburch pro decem milibus librarum Hallensium quousque ipse vel sui Successores in regno dictam civitatem redemerint & absolverint pro jam dicta pecunia.

*Nota* quod strenuus miles Windherus de Grafenberg genitus à Patre Subdiacono & Matre existente moniali legitimatus est. Datum in Nwrnberg in die S. Urbani.

*Wir Ludwig &c. verjehen &c. daz wir die siben Friderich von Streytperck, Eberharten den Hussen, Chunrad den Styler, Heinrich den Sirburch, Heinrich den grozsen, Ulrich von Rusenbach und Herman von Motschedeln die Ritter geheizzen und gebeten haben allez daz staet zu haben umb den Chauf, den der Edel Chunrad von Slüzzelberch und wir mit einem andern getan haben umb sein Herschaft, des wir ein ander hantvest geben haben, ob daz waer, daz wir daz vercheren und verbraechen wolten anders dann unser hantvest sagten, des solten die vorgenante siben uns niht*

*niht gestaten, und solten irer Eyd und Trwe von uns ledick sein, und solten dem vorgenanten von Slüzzelberch und seinen Erben warten an Gevaerde als unser bantvest sagent zu Urcbund &c. Datum in Nwrnberg.*

Confirmatio illorum in Altmanstain.

*Wir Ludwig &c. verjehen &c. daz wir den Burgern gemeinlich zu dem Altmanstein allew dev reht geben haben, die unser und des Richs Stat zu Rotenburch habent ist und bestaeten in dieselben Brief.* Datum in Nwrnberch in die Urbani. Anno Dom. &c.

Ludovicus &c. honorabili viro Alberto de Hohenvels Preposito Ecclesie Eystetensis Cappellano suo familiari dilecto gratiam &c. Fidei devotionis tue constantia, morum tuorum honestas & status tui conditio atque etiam specialiter laudabilia tua merita, quibus in majestatis nostre presenia semper laudabiliter claruisti, & nihilominus cottidie clares & viges obsequiosa tua promptitudine juxta nostre celsitudinis beneplacita & mandata nos benevolentius alliciunt & inducunt, ut te per aliquarum gratiarum, prærogativarum, libertatum atque privilegiorum specialium tytulos specialius extollamus, hinc est, quod te in nostrum & curie nostræ imperialis Capellanum & Clericum familiarem assumimus & recipimus ob favorem singularem, quem tibi gerimus gratiarum presentium per tenorem, cæterorum Capellanorum & Clericorum nostrorum familiarium te numero presentibus aggregantes, volentes ut cum eisdem Capellanis & Clericis nostris familiaribus, una cum persona hominibus & rebus tuis quibuscunque, qne ex nunc in nostram specialem protectionem recipimus omni loco & tempore paribus gratiis prerogativis, libertatibus, emolumentis atque privilegiis plene perfrui debeas & gaudere. Datum in Nwrnberch feriâ tertiâ post Urbani.

*Nota* quod Dominus fecit gratiam Monasterio S. Emmerami ita quod in numero fuit XXXII. & statutum per eos factum confirmavit. Datum in Nwrnberch feriâ octavâ post Octavam Penthecosten anno &c.

Wildschätz

*Wir Ludwich &c. verjeheu &c. daz wir dem Edeln mann Hugen Grafen von Braegentz die Genad getan haben, und haben im und seinen Erben verlihen alle Wild schätz, swo er si vinden mag in Braegentzer Walt, ez si Silber Arzt oder swelcherley Aertz ez si, daz si daz inn haben mit allen Nutzen, und davon gevallen mug, und leiben in daz zu rechten Leben allez daz wir im durch reht dar an verleihen mugen. Wir verjehen auch, daz wir im slahen zwei hundert Marck Silbers auf den Braegentzer Walt uber daz, daz er im vormals von uns und dem Rich ze Pfant stund.* Datum ut supra.

*Wir Ludwig &c. verjehen &c. daz wir dem Dawtschen Haws zu Nwrnberg geaygent haben die Vogtey des Dorffs ze vahen, daz si chawften umb die Reichen Weyglinger und daz ze leben gewesen ist von uns und dem Rich.* Datum in Nwrnberg.

*Wir Ludwig &c. verjehen &c. daz wir der Stat gemeinclich von Biberach die Genad getan haben, daz wir in verheizzen fur uns und unser Nachkomen an dem Riche, das wir si niht versetzen, verendern noch verchauffen sullen von dem Rich umb dheinerley Sache, daz die daz Rich an gat.* Datum ut supra.

*Wir Ludwig &c. verjehen. daz wir dem Edeln mann Emichen Graffen von Nazzaw di Genad getan haben. also daz wir fur uns und unser Nachkomen an dem Rich geheizzen, daz mir die Burch Chamerstain und swaz dar zu gehört, und swaz in ze Pfant von uns dem Rich stet nieman von in losen sol, dan wir oder unser Nachkomen an dem Rich und auch von des Richs gut.* Datum in Nwrnberg in die Corporis Christi. Anno &c.

*Wir Ludwig &c. verjehen daz wir wollen, daz alle die, die vor oder nach mit dem alten Ammann Ulrich und Otten den Roten auz der Stat zu Ulm chomen sind, oder die nu zu Munchen mit dem Chuntzelmann gevangen wurd gelieb Chost mit inn tragen und gelten seind des Chrieges wegen.* Datum ut supra.

*Wir Ludwig &c. verjehen, daz wir wellen, daz alle die Brief die Chuntzelman geben hat unter der Stat Insigel, dieweil er der Stat gewaltick was, daz die chraftlos und zu nichtw sein.* Datum ut supra.



# EPISCOPORUM CHIEMENSIUM CATALOGUS

JOANNE AVENTINO Auctore.

* * *

*Ex ejusdem* Adverſariorum MS. *Tomo I.*

ANDREAS FELIX OEFELIUS

*Edidit.*

---

## Monitum prævium Editoris.

EDidit pridem Clariſſimus Vir ſæpiúsque à nobis cum laude memoratus HENRICUS CANISIUS *Tomo VI.* eóque ultimo *Lectionum* ſuarum *Antiquarum* * EPISCOPORUM CHYEMENSIUM *Catalogum*, è Bibliotheca Cl. V. ALBERTI HUNGERI acceptum; Qui etſi in multis cum *Aventiniano* noſtro ſatis conveniat, eſt tamen ubi hunc noſtrum præferas, quod temporum rerúmque major ſubinde ratio & copia, Auctariúmque præterea aliquot Epiſcoporum acceſſerit. Ita ut ex eo plurimis in locis emendari atque perfici queant: GEWOLDIANUS in auctario *Metrop. Salisb.* & *Catalogus* alter, quem MEZGERI fratres *Hiſtoriæ* ſuæ *Salisburgenſi* * ſubjunxêre, qui quidem omnium, quos hactenus habuimus, exactiſſimus videtur; etſi & ipſe Res Chyemenſes adumbret magis quam deſcribat. ita altè adhuc pleraque illius Eccleſiæ conſepulta, memoriæ vindicem expectant. Noviſſimus AGNELLUS CANDLERUS *Ord. Erem. S. Auguſtini*, venerabile Muſis Boicis nomen, Catalogum Epiſcoporum Chimenſium acceſſionibus quibusdam auxit, quæ *Relat. CLXV. Parnaſſi Boici*, cujus cum collega ſuo P. GELASIO HIEBERO præcipuus Auctor extitit, leguntur.

* pag. m. 1284.

* pag. m. 1245.



Epiſco-

# Epiſcopi Chiemenſes.

ANno Domini MCCXIX. Eberhardus de Thrugſen, primus Epiſcopus Brixinenſis poſtea ejusdem nominis ſecundus Juvavenſis Pontifex, XVIII. ſui Pontificatûs anno Innocentio IIII. Summo Pontifice, conſentientibus ſuis Synmyſtis, III. kal. Januarii Epiſcopium in inſula ſtagni Chimerini inſtituit, quod Alexander Summus Pontifex Neapoli confirmavit primo ſui Pontificatûs anno IX. kal. Januarii. Electionem Juvavenſis Pontifex ſibi & ſuis poſteris recepit.

I.

RUGERUS de *Radeck*, primus Epiſcopus Chiemenſis, poſtea Pontifex Patavienſis.

II.

ALBERTUS, olim Præpoſitus & Archidiaconus Juvavienſis.

III.

HENRICUS de Ordine Prædicatorum.

IIII.

HENRICUS de Ordine Minorum.

V.

JOANNES qui poſtea Epiſcopus Gurzenſis effectus.

VI.

CHUNRADUS *Hintperger* Canonicus Pataviæ obiit anno MCCLXXIX.

VII.

FRIDERICUS *Fronawer* olim Præpoſitus Chiemenſis. Obiit MCCXCIII.

VIII.

ALBERTUS *Vanſtorffer* Sacerdos Juvavenſis.

IX.

ULRICUS *de Montparis* Sacerdos Juvavenſis obiit anno MCCCXXXIIII.

X.

CHUNRADUS *de Liechtenſtain* Præpoſitus Solienſis. Obiit anno MCCCL.

XI.

GERHOHUS *de Waldeck*, Diaconus Saltzburgenſis à Papa confirmatus, propter reſervationes tunc factas.

XII.

HUGO *de Scheffenberg* Sacerdos Juvavienſis.

XIII.

LUDOVICUS *Rattelkover* aliàs *Visler*, Plebanus & Canonicus Salzburgenſis. Obiit anno MCCCLXVII. kal. Octobris.

XIIII.

FRIDERICUS olim Notarius Chunradi de Liechtenſtain, poſt hoc Plebanus in cellis & officialis Ortolphi Archiepiſcopi Juvavienſis poſt Epiſcopus Chiemenſis. Obiit anno MCCCLXXXVII. in die Blaſii.

XV.

ECKHARDUS *de Pernegk* Sacerdos Salzburgenſis. Obiit anno MCCCXC. die XVIII. Decembris.

XVI

GEORGIUS *de Neiberg* Canonicus Salzburgenſis. Obiit anno MCCCXCII. in die Criſpini & Chriſpiniani.

XVII.

ENGELMARUS *Kral* Decanus Eccleſiæ Saltzburgenſis. Obiit anno MCCCCXXII. in die Thomæ Apoſtoli.

XVIII.

FRIDERICUS *Teys*, quondam auditor cauſarum Romæ, in Chiemenſi Templo ſepultus.

XIX.

JOANNES *Ebſer* Sacerdos & Plebanus Juvavenſis, obiit anno MCCCCXXXVIII. nona die Februarii.

XX.

SYLVESTER *Flieger* Cancellarius Imperatoris Friderici Tertii & curiæ Juvavenſis, obiit anno MCCCCLIII. decima die menſis Septembris, in Hofa ſepultus. (m) (m)

XXI.

ULRICUS *Planckenfelſer*, Canonicus Eccleſiæ Saltzburgenſis, obiit an. MCCCCLXVII. die XXVI. Februarii.

XXII.

BERNARDUS *de Krayburg* Doctor & Cancellarius Juvavenſis, in die Marthæ obiit. (n) (n)

XXIII.

GEORGIUS *Altdorffer*, Doctor, ſcriba Juvavienſis de Landshuet an. MCCCCXCV. tactus Apoplexia feriâ tertia poſt Georgii obiit, cis Salam prope pontem volens proficiſci cum Pontifice ſuo ad Maximilianum Cæſarem.

XXIIII.

LUDOVICUS *Ebner* Doctor & officialis Juvavenſis, Præpoſitus S. Zenonis de Reichenhal, de Waſſerburgio ortus. Is reſignavit Doctori Mandel. Illum Ludwicum Viennæ in Monaſterio S. Dorotheæ vidimus.

XXV.

MANDELIUS Doctor & officialis Juvavenſis obiit anno MDVIII.

Quo mortuo nullus Sacerdotum Juvaviæ id Epiſcopium acceptare voluit, quilibet ſperat ſe ſe, ut fertur, vel ſaltem optat fore Epiſcopum. Epiſcopus (o) cuidam ſuo Sacerdoti id commiſit. (o)

---

(m) Catalogus *Caniſii* hoc ferè ſolo loco prolixior, ejus Epitaphium refert, ſed ſepulturæ locum diſſimulat.
(n) in hoc deſinit Catalogus apud *H. Caniſium*.
(o) Præſulem Salisburgenſem haud dubiè deſignat.

# EXCERPTA JOANNIS AVENTINI

Ex *Anonymi* cujusdam pervetusti

## De Origine Ecclesiæ Salisburgensis HISTORIA.

Ex binis Codicibus MS. *Ranshovensi* & *Ratisponensi*, in arce Burckhusiana ab eodem collecta.

* * *

*Ex* Adversariorum VIRI CL *Tomo I.*

*descripsit atque edidit*

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

---

## Monitum prævium Editoris.

EXoptandum haud dubiè foret, primis illis qui bonas litteras in Germaniam partim invexerunt, partim suscitârunt, id animi fuisse ut antiquiora Monumenta, quo percurrebant studio, eodem etiam in publicum intacta & integra protulissent. Sed illis alium longè sensum induxerat renascentium litterarum luxurians ille pruritus, omnia, quibus stili & eloquentiæ Romanæ nitor deerat, fastidiens. Hinc factum, ut si quando vetustiorum monumentorum fide atque auctoritate nitendum, stili horrorem nauseantes barbaris lacernis trabeæ & lati clavi ridiculum ornamentum superinducerent, ut non tam municipes Romanos quam Saturnalitium Mimum agnosceres. Hoc corrupti saporis vitium bono etiam Aventino nostro, in illa lanugine adhuc bonarum artium, ita arrisit, ut, si quando in antiquum Monumentum incideret, rarò integrum describeret, plerumque excerperet duntaxat, & modo retentis, modo rejectis auctorum verbis, suisque magis Latinis aut compendii gratia interpositis, raptim in Adversaria referret sua, nullo livore aut invidia, sed quod malè crederet ex præconcepta illius ævi Historiographorum opinione, Barbara ista quantumvis genuina aut omnino non edi aut certè non nisi Latini Sermonis flosculis exornata, in eruditam lucem produci posse. Quod idem ei in excerpendo vetustissimo hocce Chronico usu venisse deprehendimus. Cum enim litteraria quâdam sua peregrinatione per Bavariæ Monasteria, anno MDX. instituta ad Ranshovense Canonicorum Regularium D. Augustini Monasterium in inferiori Bavaria situm divertisset, inter alia monumenta Salisburgensem maximè Ecclesiam spectantia in vetustissimum hocce Chronicum incidit, & tumultuario labore partim descripsit, partim in compendium misit. Burckhusii postea anno proximè sequenti in litterario otio agens, Ranshovii reperta & cum alio ejusdem Chronici Codice, quem Ratisponæ nactus fuerat, collata in certum aliquem sibi peculiarem ordinem redegit & futuris usibus Tomo I. Adversariorum suorum à pag. 175. ad 181. inseruit. Titulum præfixerat: *Quomodo* BAGOWARII *facti Christiani*, *ex Cænobio Ränshoven ex Admodum*

VETERI

VETERI LIBRO, & *Bibliotheca Ratisponensi*. Ita Aventinus, qui ad finem excerptorum istorum de ætate Auctoris hæc addidit: *Hæc ex Chronicis Juvaviensium, quæ in Ranshoven Cœnobio inferioris Bavariæ extant scripta sub Carolo III. si computatio non fallit, quæ quoque postea Ratisponæ inveni.*

Etsi de Auctore ipso nihil amplius nos doceat Aventinus, facile tamen est in priori hujus Monumenti parte, Auctorem vitæ S. Roudperti quam Henricus Canisius primus ejus Editor (p) S. Eberhardi Discipulo tribuit, agnoscere. Qui non solùm Rudperti sed & successorum ejus vitas, & res insuper Ecclesiæ illius universas, à primordiis ad sua usque tempora sibi sumpserat describendas. Nam Argumento suo, multo ultra fuit quam ex Codice San-Petrino Canisius ediderat. Integrum adhuc & genuinum alicubi cum blattis & muribus luctari ferè non dubito, quem dum luci afferat dies sua, operæ pretium visum est, hic mutilum & interpolatum, sed non à vili aut vulgari manu, interim edere, quod consultius sit Rebus Boicis, talem extare, quam nullum. (p)

(p) Tomo V. *Antiquar. Lect.* p. m. 1139. & minus plenè T. II. ejusd. collectionis.

# *De Archiepiscopio Juvavensi & Laureacensi Narratio.*

TEmpore Hildiberti Regis Francorum, anno regni ejus secundo sub Tiberio & Mauritio Imperatoribus & Gregorio Magno claruit in Wormatia Episcopus Rudbertus ex regali Francorum Progenie ortus. Eum Theodo Dux in Ratisponam *Legatis multisque precibus* (q) invitavit, *ut suos doceret religionem Christianam. Obviam ei pergit Dux, Ratisponæ eum excepit.* Ibi edoctus in religione Theodo copiam eligendi sibi Domicilium pro se suisque Rudberto fecit, ubicunque liberet illi. (q)

*Accepta licentia à Duce ut prædicaret ubi vellet* Rudbertus alveo Danubii descendens ad fines Pannoniæ inferioris, Philosophiam Christianam interpretatus. Inde per Laureacensium revertitur civitatem, in loco * qui Walarun dicitur Templum D. Petro dicat, ubi circumcirca Theodo *Possessiones* aliquas eidem concessit. Post accepit ad Juuarum esse fluvium locum veterem Juvavensem vocatum atque sylvis coopertum, quem ut vidit Rudbertus à Theodone impetravit super duas leucas omnia circumcirca tribuit *Longitudine latitudine.* Ibi D. Petro ædificat templum & cœnobium cum cæteris Sacerdotum Domiciliis. Rudbertus in patriam revertitur, duodecim secum adduxit discipulos, Ermdruden sororem suam secum quoque adduxit, quam in superiori castro Juvaviensium maximam virginum fecit; ordinavit successorem sibi, in Pascatos festo obiit VI. kal. April.

* *Cod. Ratisb.* ad locum.

Dissensio inter Scriptores, quo tempore fuerit Scriptor, unde hæc eruimus ita sub Hildiberto Rege Francorum filio Sigiberti & Brunhyldis extitisse legitur, temporibus Justini junioris & Tiberii Constantini & Mauritii. Idem ait eum mortuum esse anno salutis DCXLIII. subjungit idem ignotus scriptor à transitu ipsius Rudberti ad sua tempora, qui annus sit MC. quadringentos octoginta octo vel septem. Ipse est annus VII. Lotharii Regis ultimi. *Alids*: sunt à transitu usque in præsentem annum Fridericus Magnus ejus imperii anno XXXVI. qui MCLXXXVI. (r) (r)

Vitalis Doctor egregius charus omni populo.

Anzogolus Abbas;
Savolus Abbas:
Ezcus Abbas:
Flobargisus.

Post quem Joannem S. Bonifacius Mogontiacus Archiepiscopus consecrat, Ottilone Duce sub Pipino consentiente. Idem Archiepiscopus provinciam Bawariorum in quatuor divisit Episcopatus ex officio legationis à Gregorio Papa III. suscepto.

Iisdem temporibus de Hybernia insula venit Virgilius vir doctus & sapiens ad Pipinum Regem in loco Karisiaco, retinuit eundem apud se Pipinus duobus annis & cum ejus doctrinam percepisset, & benè doctum intelligeret, misit eum Ottiloni, qui ei Salzburgensem concessit Episcopatum, qui ferè duobus annis dissimulata consecratione, habuit secum de patria comitantem Græcum Episcopum nomine Dobda; is officium Episcopale persolvebat. Post petentibus populis Virgilius consecratus à Conprovincialibus præsulibus anno DCCLXVII. XVII. *kal. Julii.*

Qualiter Sclavi facti sunt Christiani, qui Quarantani dicuntur & confines eorum: Quomodo Hunni Romanos & Gotthos atque Gepidos de inferiori Pannonia expulerunt & illam regionem possederunt, quousque Franci & Bawari cum Quarantanis



(q) Quæ hic diverso typo exprimuntur, Aventinus ex Cod. Ratisponensi addidit.
(r) ita Excerpta Aventini, satis obscurè.

tanis eos continuis adfligendo bellis, eos superârunt, eósque * qui obediebant fidei, tributarios fecerunt Regum & terra quam adhuc possident, residui adhuc pro tributo retinetur Regis usque in hodiernum diem.

* *Avent. in marg.* Christianósque.

Rege Dagoberto Francorum, Samo Sclavus Dux gentis apud Quarantanos fuit. Is Sao seu Savo venientes negotiatores Dagoberti Regis interficere jussit ac regia, vi, expoliavit pecunia. Dagobertus Rex re comperta misit exercitum contra eos, & damnum quod eidem idem Samo fecit, vindicavit, ita eos Deo & Regis servitio subdiderunt. Non multo post tempore Hunni Quarantanos graviter affligunt. Erat Dux eorum Boruth, qui Bawarios in auxilium vocat, Bawarii sine mora in Hunnos ruunt ac vincunt, Quarantanos obfirmant ac servituti Regum cum confinibus subjiciunt. Ducunt obsides in Bawariam, inter quos filius Boruthis cacatus fuit, quem pater Christiano more instituit, rogavit itidem de Chertmaro filio fratris sui fecit mortuo Boruth, jussione Francorum Bawarli cacatium jam factum Christianum Sclavis petentibus remiserunt, qui tertio postea anno defunctus jussu Pippini Regis, ipsis populis petentibus redditur Cheitmar. (s) Cui Lupo sacerdos de Juvavensium sede *ordinatus* in insulam Chemigin lacus, quæ & Auua vocatur, dedit ei nepotem suum nomine Majoranum ad Presbyterum etiam ordinavit, & quia compater ejus erat, Lupo Presbyter docuit eum, ut ad Juvavense Monasterium devota mente subderet ad Christianitatis officium, quem ille vero secum habuit Majoranum Presbyterum in Juvavensi Monasterio ordinatum ad Presbyterum, qui ammonuit eum, ad ipsum Monasterium suum, caput in servitium Dei & ille ita fecit & promisit, singulis annis ibidem suum servitium persolvens, & inde semper doctrinam & officium Christianitatis percepit, dum vixit.

Idem Dux Carantanorum aliquo post tempore Virgilium invitavit, quod cum facere non posset, misit Episcopum nomine modestum, cum eo Wattonem, Reginpertum, Cozharium, Latinum Presbyteros suos, Ekihardum * Diaconum suum cum aliis Clericis data illis potestate consecrandi templa & Sacerdotes.

* Avent. alibi: *Richardum.*

Dedicârunt templum Deiparæ Virginis in solio, aliam in Liburnia civitate ad Undrimar (t). Episcopus ibi obiit. Iterum Cheitmar Dux Virgilium invitavit, sed renuit orta seditione quod Carmula (u) dicimus, misit (x) Latinum Sacerdotem, qui exorta alia seditione exivit inde Latinus Episcopus: sedata seditione misit Virgilius Madalhohum: & post cum Warmannum. Mortuo Cheitmaro Duce & orta seditione aliquot annis nullus ibi fuit Sacerdos, donec Waltunch Dux eorum misit ad Virgilium, qui misit Heimonem Reginbaldum *Presbyterum*, Majoranum Diaconem, Duplisium (y), item Gozabertum, Erchenbertum, Reinhaldum, Reginharium Presbyteros, dein Augustinum, Guntharium cum aliis Clericis hoc sub Virgilio factum Episcopo.

## *De Hunnis & Sclavis.*

IN Pannonia inferiori ex meridiana ripa Danubii & Confinibus regionibus Romani habitârunt, Coloniámque ac alia munimenta ibidem fecerunt ob tutelam suam, quorum adhuc vestigia extant, Gothos & Gepidas, suæ ditioni etiam subdidêre.

Post annum Domini CCCCLIII. vel ut alibi CCCCLXVII. & amplius, Hunni cum Attila habitantes in Aquilonari parte Danubium, in desertis locis, trajecto Danubio, Romanos expulerunt & Gotthos atque Gepidas. Tunc veri Sclavi post Hunnos inde expulsos venientes cœperunt istis partibus Danubii divisam regionem inhabitare.

Anno salutis DCCXCVI. Carolus Imperator Aericum Comitem mittit cum magno exercitu ad exterminandos Hunnos, qui minimè resistentes dediderunt se Imperatori per Comitem. Eodem anno misit Carolus Pippinum filium suum in Hunniam cum copiis multis, Pippinus ad celebrem eorum locum, cui Rinch nomen pervenit, ubi omnes Principes iterum se Pippino tradiderunt. Qui inde revertens partem Pannoniæ inferioris circa lacum Pelissa, ultra fluvium Hraba & sic usque ad Drauvm fluvium, & ubi Drauvs fluit in Danubium, permeavit & reliquias Hunnorum & Sclavorum, quæ superstites in illis locis remanserant, Arnoni Juvavensium Episcopo ad docendum eos religionem commendavit, usque ad præsentiam parentis sui Caroli Imperatoris.

Anno Domini DCCCIII. Carolus Imperator Bagoariam intrat, in Octobri Salzburg venit, & concessionem filii confirmavit, & in ævum inconvulsam servari mandavit.

Simili modo Arn Episcopus successor Virgilii in Sclaviniam Presbyteros misit in partes videlicet inferioris Pannoniæ Quarantanósque illis Ducibus atque Comitibus sicut pridem Virgilius fecit.

Unus Ingo Dux Carentaniæ multum charus populis ob prudentiam, maximè obedientes huic fuère Principi, si una carta sine litteris ab eo missa fuisset, nemo ausus non parere. Ille credens servos tamen ad cœnam invitans mensæ suæ admovit. Nobiles & Dominos illorum infideles tamen foris quasi canes sedere fecit, ponendo ante illos carnem & panem & fusca vasa cum vino ut sic sumerent victum, ser-

vis

(s) hoc loco laborat sensus, etsi Aventinus hæc satis nitidè descripserit.
(t) Avent. al. *Indrimas.* apud Canisium *Adandrimas.*
(u) Apud Canis. *Carinula*, sed malè. Lex Bajvvar. *tit.* 2. §. 3. seditionem excitare quod Bajoarii Carmulum dicunt. *Vid.* Ducanus *h. V.*
(x) Avent. ex Cod. Ratisp. *remisit.*
(y) Avent. al. *Duplitorum.* apud Canisium omnino non memoratur.

vis autem in scyphis deauratis propinare jussit. Primores foris, admirati rogabant, cur ita eis faceret, quibus ille: non estis digni non ablutis corporibus cum sacro fonte renatis communicare, sed extra domum ut canes sumere victus. Post hac illi certatim ad fidem properaverunt; sic deinceps religio Christiana succrevit.

DCCXCVIII. Arno jam Archiepiscopus à Leone Papa accepto pallio remeat de Roma juxta Padum nuntii Caroli cum litteris, illi occurrunt, mandata referunt, ut ipso itinere in partes Sclavorum eat, voluntatem & animum exquirat, fidémque nostram doceat, Arno se hoc facere posse jam negabat; se enim mandata Pontificis Maximi ad Carolum habere. Igitur citus ad Carolum venit, legatione defungitur. Post Carolus præcipit Arnoni ire in partes Sclavorum & providere illam regionem in religione nostra. Ita fecit ille: Templa dicat, Sacerdotes consecrat, plebem instituit. Reversus Arn ad Carolum hujus jussu Theodericus Episcopus ab Arnone Archiepiscopo consecratur, quem ipse Arno & Geroldus Comes in Sclaviniam deduxerunt, ac Principibus dederunt, commendâruntque illi regionem Episcopo Carentanorum & Confines eorum ab occidentali parte Drani fluminis usque dum Dravus fluit in Danubium, omnia juxta Canones ordinare sub Dominio Archiepiscopi Juvaviensis.

Post obitum Arnonis anno DCCCXXI. Adalrammus suscepit Episcopium Juvaviense, qui finito cursu Theoderici Episcopi, ut Arn antea Theoderico Sclavos commisit; ita & iste Ottonem constituit ibi Episcopum.

Adalramus anno MCCCCXXIIII. ab Eugenio Papa accepit pallium. XV. annis gubernavit. Succedit Liuprammus, quem Gregorius pallio honoravit, anno DCCCXXXVI. Obiit anno DCCCLVIIII. Succedit, quem ipse nutriverat Adaluwinus. Pallio à Nicolao honoratur ad præsens claret tempus. Luiprammi ac Adalubini temporibus Osbaldus Episcopus Sclavorum rexit gentem, sicut jam dicti fecère Episcopi subjectis Archiepiscopis Juvaviensium. & mortuo Episcopo Adaluvinus Archiepiscopus per semetipsum regere studet illam
(z) gentem. (z)

Hæc ex Chronicis Imperatorum & Regum Francorum & Bagoarum Scriptor se accepisse affirmat.

Posteaquam Carolus Imperator Hunnis rejectis Episcopo Juvaviensium Arnoni suisque Successoribus perpetuo Pannonias in Ecclesiasticis rebus procurandas commendavit. Cœperunt Slavi vel Bagoarii multiplicari, unde rejecti Hunni. Primus Con-
(a) finii Comes constitutus est Goteramus (a), secundus Wernhardus, tertius Albertus, quartus Gotefridus, quintus Geroldus. Interim dum illi Comites occidentalem procurabant plagam, aliqui Duces habitârunt in illis partibus ad Episcopium Juvaviense pertinentibus; qui Comitibus præfatis subditi ad servitium Imperatoris. Nomina eorum: Priwizlauga, Cemicas, Töymar qui fuit Dimar & Etgar. Post istos Duces Bagoarii cœperunt prædictam terram dato Regum habere in comitatus, Helmwinus, Albgarius & Pabo. His ita peractis Ratboldus suscipit defensionem termini, in cujus spatio temporis quidam Priwina exulatus à Moymaro Duce Moravorum super Danubium venit ad Ratpodum, qui statim illum præsentatum tradidit Domino Regi nostro Lutwico & jussu illius baptizatus in Ecclesia S. Martini loco Treisma nuncpato, curte videlicet pertinenti ad sedem Juvaviensem. Is Priwina Ratbodo commissus aliquo tempore fuit cum illo & Chozil filius ejus. Interim exorta inter eos dissensione, Priwina timens fugam iniit in regionem Bulgariam cum suis & Chozil filio suo. Non multo post de vulgariis rediens, Ratimari Ducis adit regionem.

Illo tempore Lutwicus Rex Bagoariorum (b) misit Ratbodum cum exercitu multo ad exterminandum Ducem Ratimarum, qui diffisus se defendi posse in fugam versus est cum suis, qui cædem evasère. Prædictus Priuvina substitit, & cum suis transiit fluvium Sauna *, ibique susceptus à Salachone Comite reconciliatus est Ratbodo. Aliquando verò interim occasione percepta rogantibus prædictis Regis fidelibus, præstitit Rex Bagoariorum Pruwinæ aliquam inferioris Pannoniæ partem in beneficium, circa fluvium, quod dicitur Sala. Tunc cœpit ille ibi habitare & munimen ædificare, in quodam nemore & palude Salæ fluminis & circumquaque populos congregare ac multum ampliari in illa terra, cui Adalrammus Archiepiscopus ultra Danubium in sua proprietate locum vocatum Nitrava consecravit Ecclesiam. Sed postquam præfatum munimen ædificavit, Pruwina construxit infra primitus Ecclesiam, quam Luiprammus (c) Archiepiscopus cum in illa regione Ministerium Sacerdotale potestativè exercuit, in illuc veniens in honore S. Dei Genitricis consecravit anno DCCCL. VIII. kal. Febr.

(b)

* in marg. *Sauna.*

(c)

Ibi autem præsentes fuère Witemir, Trebih, Bisinil, Zweinin, Teska, Crimisin, Geymar, Zisilo, Almerich, Altwart, Weljehelm, Frideperht, Gerot, Gunderi, item Gunther, Arfrid, Nidrit, Isampero, Rato, Deotrich, item Deotrich, Madalhperht, Engilhart, Waltkeer, Diotpalt, Chezil, Unhat, Chotemir, Liwtenir, Zenrben, Silch, Wulkina, ipsi viderunt & audierunt complantationem illo die inter Luiprамum & Pruwinonem, quo illa dedicata est Ecclesia, id est VIII. kal. Februarias. Tunc Pruwina Dominicum Presbiterum suum

(z) hoc loco definit Auctor vitæ S. Ruodperti, Discipulus S. Eberhardi à Henrico Canisio editus, quem præsentis Chronici Auctor ab Aventino excerptus in compendium traxisse videtur.
(a) Avent. in marg. *Goterammus* à bona fama *gueter Ruehm.*
(b) in marg. *DCCCXXXVIII. Bellum contra Sclavos.*
(c) Avent. in marg. *cæpit Anno DCCCXXXVI.*

suum dedit in manus & potestatem Leuprammi Archiepiscopi, & Luiprammus illi Presbitero concessit licentiam in sua Diœcesi rem Divinam faciendi. Inde rediens idem Pontifex & cum eo Chezil consecravit Ecclesiam Sandrati Presbyteri *, ad quam Chezil territorium & sylvam & prata in præsentia prædictorum tradidit & circumduxit hunc ipsum terminum.

* erat superius scriptū à manu Aventini: *Episcopi.*

Tunc quoque ad Ecclesiam Erenprehti (quam memoratus Præsul dedicavit) tradidit Chezil sicut Engildiecho & filii ejus duo & Erenbertus Presbiter ibi habitaverunt & circumduxit prædictum virum in ipsum terminum.

Transacto ferè duorum aut trium spatio annorum ad Salapingin ** consecravit Ecclesiam in honore S.Ruodperti quam Priwina cum omni superposito tradidit Deo & Sancto Petro atque Ruodperto perpetuo usumfructuariam viris Dei Salisburgensium.

** Avent. in marg. *Salapirigin.*

Postmodo roganti Priwinæ misit Luiprammus Archiepiscopus de Salzburg murarios & pictores, fabros & lignarios, qui infra civitatem *** Priwinæ honorabilem Ecclesiam construxerunt, Luiprammus ædificari fecit & consecrari, in qua Hadrianus Martyr humatus est.

*** Avent. inter lineam: *intra villam.*

Item in eadem civitate Ecclesia S.Johannis dicata constat & foris civitate in Cludleipin ****, Mussitin ad Busniza, ad Bettobiam, ad Stepiliperc ad Lindolveschirichun, ad Keisi, ad Wiardhereschirichin, ad Isangermeschirichin, ad Paldmuteschirchen, ac quinque Basilicas temporibus Luiprammi dedicatæ sunt, & ad Deotachareschirichin & ad Paldmunteschirichin, cæterisque locis ubi Priwina & sui voluerunt populi, quæ omnes temporibus Bruwinæ constructæ sunt, & consecratæ sunt à Præsulibus Juvaviensium.

**** in marg. *Dudleipin.*


Venit ergo ad notitiam Ludwici piissimi Regis, quod Priwina benevolus fuit erga Dei servitium, totum quod prius habuit is in beneficium concessit illi in proprium admonentibus sæpius quibusdam suis fidelibus exceptis illis rebus, quæ ad Episcopium Juaviense pertinuerunt, ubi tunc Luiprammus Episcopus erat, definivit idem Dominus Senior noster Rex easdem res, quæ tunc ad ipsum Episcopum in ipsis conquestæ sunt & augeri Deo propitio possent sine ullius contradictione Episcopi Juvavensis perpetuo fore. Ista fiebant præsentibus Luiprammo Archiepiscopo, Erchenberto Episcopo, Erchenfrido Episcopo, Haertwico Episcopo, Karolomanno, Ludwico, Ernesto, Ratpoto, Werenhero, Pabone, Fritilone, Talchoso Deotricho, Wannich, Gerold, Liutold, Diotheri, Wuolfregi, Jezi, Egelolfo, Puebo Adalbreht, Megingoz, item Adalpreht, Oudalrich, Peringero, Manegolt. Actum loco publico in Ratispona anno DCCCXLVIII. indictione XI. sub die IIII. Idus Octoctris; Quamdiu enim ille vixit, nil minuit Ecclesiasticarum rerum nec subtraxit Juvavensium sedi, sed admonente Archiepiscopo, ut valuit, divinum auxit cultum. Post obitum Domini illuc missus cum Diaconis & Clericis. Swarnagal Presbiter præclarus Doctor post illum Altfridus Presbiter & Magister cujusque artis à Luipramo missus, quem Adalwinus Successor Luiprami Archipræsbiterum ibi constituit eo defuncto Richpodum constituit Archipræsbiterum, qui longo ibi tempore auctoritate & jure suo ibi exercuit divinum officium, Archiepiscopus moratus, donec quidam Græcus Methodius nomine, noviter inventis Sclavinis litteris, linguam latinam, doctrinámque Romanam atque litteras auctorales Latinas Philosophiæ superducens vilescere fecit cuncto populo ex parte Missas & Evangelia Ecclesiasticúmque officium illorum, qui hoc latinè celebrârunt, quod ille ferre non valens sedem repetivit Juvavensem.

Anno igitur DCCCLXVI. Archiepiscopus Adalwinus Nativitatem Christi celebravit in castro Chezilonis noviter Mosapurch vocato, quod illi successit in Oriente moriente patre suo Priwina, quem Moravi occiderunt. Ibi illa die divinam rem fecit, sequenti die in proprietate Wittimaris dedicavit Ecclesiam in honorem S.Stephani prothomartyris. kal. Jan. in Ortuhu consecrat Templum Michaeli Archangelo in proprietate Chezilonis. Item eodem anno XVIII. kal. Febr. ad Spizzun Divæ Margarethæ Templum condit. Eodem anno ad Weride Divo Paulo Idibus Januarii. ad Imperch S. Laurentio, ad Frizkere eodem dedicavit templum & singulis templis proprium dedit Sacerdotem. Sequenti quoque tempore in illam partem iterum veniens causa confirmationis & prædicationis, venit in locum, qui cella dicitur proprium Anzatonis, ibi Templum D. Petro dicat constituto ibi proprio Episcopo.

Zdradachi Templum Stephano dedicatum. Item in Weride Templum D. Petro. Posthac tria Templa dicavit, unum ad Quartinalia D. Joanni Evangelistæ, alterum ad Mizilihefchirichin, tertium ad Ablanza, quibus proprios constituit Sacerdotes.

A tempore Caroli quo dato & præcepto orientalis Pannoniæ populus à Juvavensibus regi cœpit præsulibus usque in præsens tempus sunt anni LXXXV. * quod nullus Episcopus aliunde veniens potestatem habuit rem Divinam faciendi in illo confinio nisi Juvavensis Rector. Nec Sacerdos aliunde veniens plus tribus mensibus ausus est ibi facere rem Divinam, priusquam suam dimissoriam Episcopo præsentavit Epistolam. Hoc ibi observatum usque dum nova orta est doctrina Methodii Philosophi.

* in Cod. Ratisponensi *LXXV.* ita Avent. in marg.



VEN.

VIRI CL.

# JOANNIS AVENTINI

BOJORUM HISTORIOGRAPHI

*EXCERPTA*

EX

# ALBERTI BOHEMI

ARCHIDIACONI BATHAVINI

Sententiar. Sedis Apost. Executoris Generalis per totam Alemanniam & Judicis delegati contra FRIDERICUM II. Imp. Augustum Actis & Commentariis.

* * *

*Ex ejusdem* AVENTINI Adversariorum *Autograph.* *Tomo X.*

---

## Monitum prævium Editoris.

QUas tempestates in Bojoaria excitârit ALBERTUS BOHEMUS Archidiaconus Bathaviensis *homo* ( ut Adelzreiteri potius quam AVENTINI coloribus utamur ) *alioqui minutulus, curtæ prudentiæ sed rigidissimus alienæ observantiæ exactor* (d), infelici illâ Sacerdotium inter & Imperium sub FRIDERICO II. collisione prolixè prosecuti sunt omnes, qui sibi Bojorum res curatius describendas sumpserunt. Prior tempore, ordine, consilio Aventinus noster tragœdiam hanc in scripta misit ex ipsis Alberti hujus Commentariis atque Actis desumptam, quæ ille acta in Altahæ inferioris Bibliothecâ reperta, raptim excerpsit & Adversariorum suorum Tomo X. (quem præ oculis habemus ) inseruit. Non abs re fuerit virum antiqui moris orisque, huic Historiæ, quam integro Capite (e) Libri septimi Annalium suorum complexus est, præludentem audire, tanquam animo præsensisset futuros, qui quod Glaphiræ Antonius fecit, ejus rei pœnam ab Octavio essent exacturi.

Ita autem ille : *Rursus crimina, factiones, fraudes, scelera, cædes, bella civilia ( quibus omnia divina humana commixta, Respublica Christiana discordiæ malis contusa prædæ paucorum libidini facta est ) commemorare cogor. Quod quam molestum, quam arduum mibi sit, quisque veritatis amator, Christianæque simplicitatis cultor, rerúmque humanarum peritus suo ingenio metiatur.* (f) *Equidem nullius obtrectator aut adulator sum, sicut Lex Historiæ postulat libero*



(d) *Annal. Boicor. P. I. L. XXIIII. ad A. 1239. Edit. Francof. 1710. p. m. 630.* Andreæ quoque Brunneri, de attonso hocce Catilinâ judicium dignum hic legi: *Albertus cognomento Bohemus, Batavensis Archidiaconus homo acer & præservidus in Bojariam amandatus; qui potestate intemperanter usus, dum impetum animi pro ratione sequitur brevi provinciam, quam pacatam ingressus est, tumultibus implevit,* & quæ plura addidit, non minus verè & graviter dicta, ut mirari subeat.

(e) Cap.IIII. Quo mox velut Oestro percitus conceptam in Albertum bilem in Aventinum postea evomat.

(f) Andreas Brunnerus & ipse Bojorum Historiographus, *Alberti chartas* ( Excerptas videlicet Aventini manu ) *lubentem* se *deponere* fatetur, *nec fastidiosa narrationi condimentum invenire.* P. III. L. IIII. §. II.


*ore loquor. Id quod non fecisse L. Sisennam, primus Romana Crispus in Histo-
ria carpit: In libera civitate, inquiebat Imp. Tiberius, licet mortalium tristissi-
mus, linguam, mentes liberas esse debere. Hoc profecto magis in* HISTORIA,
*quæ* VERITATIS SCRINIUM *atque interpres est, exigitur. Haud unquam mihi
credibile fuisset tantam vecordiam cuiquam hominum inesse, nisi Autographa na-*
(g) *ctus forem; pudet explicare verbis, quæ illos non puduit facere.* (g) *Quam
paucissimis potero, & quatenus ad Bojariam* ( Excerpta longius & latius pro-
grediuntur & Germanicas res universas stringunt ) *in qua hæc primum scintil-
la Landshutæ exarsit, attinet, summis duntaxat, ut ajunt, digitulis rem atti-
gero.* Et illi tamen, qui ex condicto eum depeculantur, interim id unicè
agentes, ne ille quidquam in rebus Boicis egisse videatur, eum non digitu-
lis attigisse hoc ulcus, sed infestis unguibus laceràsse criminantur; multàque
insuper acerba de suo affudisse. Quod an satis ex vero, producta in lucem
publicam Excerpta isthæc ( unde quidquid de Alberti Bohemi motibus post
Aventinum recentiores nostri tradiderunt, transcriptum fuit ) palam argu-
ent; quod ego quidem genus defensionis invictissimum semper judicavi, &
cui nihil roboris rhetorum pigmenta valeant adjicere, nihil demere.

Hæc ipsa, una cum reliqua Aventiniana supellectile ex Wigulæi Hundii
Bibliotheca in Bavaricam delatâ, in manibus & præ oculis habuit, cum
(h) Boica sua scriberet Andreas Brunnerus, testibus his verbis: (h) *Alberti Acta*
(i) *Aventinus integra habuit* (i), *satis tristem quatuor annorum Historiam unde
sarturus etsi veneni nihil admiscuisset de suo.* Hæc Brunneri temporibus vale-
bant, hodie oculatior & æquior Historia, temporum venena auctoribus non
imputat. Cæterum quæ addit, diluere superiora videntur & fidem auctori-
tatémque Aventini, Brunneri quoque calculo confirmare. *At enim factum
divinitus puto, ut commentariis illis vel casu deperditis, vel fraude suppressis, eo-
rum Epitome, & ipsius quidem Aventini confecta manu superesset, non summa
tantum rerum capita complectens, sed omnino ea omnia, quæ ad Boica nostra
qua sacra qua profana quomodocunque pertinent; ut præter notam temporis,
quæ subinde excidit, nobis ad eruendam promendámque veritatem vix quidquam
desieret.*

Casu deperdita an fraude suppressa hæc acta fuerint, quis hodie defi-
niet? mihi vetus Bibliothecæ Altahensis Catalogus, qui Codices manu ex-
aratos duntaxat complectitur, fidem facit, sub finem Seculi XVI. illo in
Monasterio adhuc extitisse, Placidus verò Heidenus Monasterii Historiogra-
phus recentior, cui in rebus Dietmari III. usui non exiguo esse poterant,
eorum nullam jam mentionem faciens, ne notitiam quidem habuisse vi-
detur.

---

(g) Iisdem ferè verbis *Excerpta* sua auspicatus est: *M. Philippus Conlega suus* ( AL-
BERTI sc. BEHAM sive *Bohemi* ) *Romam ivit. Vulpes & leones! piguit me lege-
re, quæ illos non puduit facere.* fol. 33. a.
(h) Part. III. L. IIII. §. II.
(i) *Commentaria autographa in Membranis scripta.* Ita ipse in Indiculo Auctorum Annali-
bus præmisso Aventinus.



Joan-

# Joannis Aventini Excerpta ex Alberti Bohemi Actis.

Epistolæ Alberti Bohemi & Instructio.

ARchiepiscopo Salzburgensi. C. Præposito, H. Decano totique Capitulo Salisburgensi. inculcat se sæpius & proximè Viti festo eis scripsisse per Abbatem & fratres ejus de Pomouk Cisterciensis Ordinis, Pragensis Diœcesis, & mandata Papæ transmisisse, quæ cum eo ipsi sine mora exequerentur; nihil tamen responsi hactenus ab eis se recepisse ideo eos peremptorie ut contumaces * ut pridie Idus Septembris præsto sint, per se vel nuntios, sub pœna excommunicationis. Datum
(k) Landshut VII. Idus Julii MCCXL. (k)

* subaudi citat.

Eodem modo scriptum Bathaviensi, Augustensi, Eistetensi, Herbipolensi, nisi quod ipsis Idus Augusti præfinivit.

H. Nicolao Bathaviæ Decano mandat virtute sanctæ obedientiæ, auctoritate Papæ, sub pœna suspensionis & interdicti ut litteras citationis transmissas per præsentium latorem sine mora omni Episcopo & Capitulo præsentet, alioquin in suam personam promulgat suspensionem & interdictum. V. Non. Julii. Similiter ex parte Abbatum de Schira & Mallarstarff. H. de Schira & M. de Mallerstorff Abbates Episcopo & Capitulo Bathaviensi. Eos brevi Apostolico quod inseruit, ad se invitant, pridie Idus Septembris Landishutam in Ecclesiam Parochialem. Datum V. Non. Julii. Ita Salzburgensibus scriptum, quod in vigilia Bartholomæi evocati Landishutam, tractent prout Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ fidei Catholicæ expediet, non parentibus minatur, nescio quid.

Papæ aperit cum magno dolore & querimonia cum caterva nobilium inter quos principes multi Budissin ad fines regni Boemiæ convenisset ad exequendum negotium, de quo jam pridem Papæ scripserat, & ad quod Dominus suus Dux Baw. omni sua & suorum virtute armis bellicis adornatus venire festinabat, quod Rex Boemiæ vel potius Blasphemiæ, inconsultis omnibus suis amicis, Baronibus minimè requisitis Nuntios F. Hæretici & Reguli filii sui receperit, novam inierit, cum ipsis amicitiam & conspirationem confirmavit, exclusis consanguineis & amicis, quod cum Dux Dominus meus rescivit quasi morte perterritus, toto suo exercitu & omnibus suis domi relictis, ad Regem Boemiæ properavit, ut eum proposito revocaret, frustra tamen; nam nec minis nec precibus à suo proposito valuit revocari, quamquam major pars Baronum Boemiæ cum Duce id postularet, crebróque Sacramentum vobis Pater Sanctissime & Ecclesiæ Romanæ præstitum, inculcarent, hoc tandem post multos labores atque sudores auxilio Baronum maximè Bohuzlai filii Zlauconis; vix Dominus meus Dux obtinuit, quod tamen illa confœderatio non fuit ad finem perducta & conclusa, nec instrumentis vel obsidibus firmata, sed ad hoc apud cubitum (quod vulgo Elnpogen dicitur) vel alibi alius tractatus perfiniretur, quo singuli convenire possent, ut interim Papa certior fieret ac res interturbaretur. Dicit hujus conspirationis auctores maximè fuisse Lantgravium Thuringiæ, Marchionem Brandenburgensem. Nuntii celebres Ducis Brabantiæ, Comitem Gothardum de Arnstein cum fratre suo converso de domo Teutonica & aliis quatuor fratribus nobilioribus domûs ejusdem, quorum consilio & quorundam aliorum Imperium nunc gubernatur. Dein commendat & laudat Ducem Bavariæ, Dominum suum eum esse Christianissimum & Papæ simúlque Ecclesiæ fidelissimum, solum remansisse ut pupillum, desertum solatio omnium consanguineorum Principum olim Papæ fidelium, nec habere unicum principem Clericum vel Laicum sub cujus umbra interdum valeat respirare. Rex Boemiæ, ut nomen magnum sibi conquirat, sitit socios superbia calcare quasi cæteri Principes, qui ob devotionem Romanæ Ecclesiæ & in odium Friderici sibi adhæserant, & eum sibi fecerant Ducem & Capitaneum & Magistrum, sine ipso non possunt aliquatenus subsistere, vel etiam vivere nisi quantum suæ sedeat voluntati; Domino meo, inquit, incutit metum, imo ruinam personæ & hæredum suorum, simúlque distractionem omnium bonorum suorum nisi sibi adhæreat ad omnem promotionem Friderici Hæretici. Ait supplicare Ducem ac cum lachrymis pedibus accidere Sanctissimis, similiter uxorem ejus Christianissimam cum suis hæredibus, in tanto periculo constitutis misericorditer auxilio & consilio subveniat. Utrumque enim principatum eorundem omni parte ad intrandum & occupandum facile patere hostibus; ipsa enim (subjungit) Domina gloriosa devotissima famula Ecclesiæ Romanæ posteaquam tantam perfidiam intellexit relatu, statim incidit febres acutas, quas & gravissimè patitur in præsenti. Ideo hortatur Papam, ut maturet, si quid faciundum decreverit, nec enim posse Ducem tanto impetui adversariorum resistere, quem minantur ei hostes. Consulit ipse Albertus igitur Papæ, Regi Boemiæ, ut novit, humanissimè scribat, ac rem omnino, quam intendit Rex in proximo conventu impediat Principum, scribat præterea Bohuzlao filio Zlauconis inde Budislao filio Jarozlai, itidem sorori (l) Regis Boemiæ, (l)

 quæ

(k) *in marg. manu Aventini: Nota quod frater Matthæus Ordinis Prædicatorum est totus in concilio apud Papam contra J. Fridericum.* De hoc Matthæo vid. Avent. L. VII. C. IIII. §. XVII.

(l) Agnes ea haud dubiè, quam spretis Friderici nuptiis D. Claræ institutum amplexam scribit diligentissimus Bohuslaus Balbinus in Epitom. rer. Bohem. L. III. C. XIII. pag. m. 257.

quæ est conversa ad habitum Fratrum Minorum, cujus potissimum frater consiliis utitur, ut fratrem à proposito avertat, & ad devotionem Romani Pontificis reducat. Scribat præterea Baronibus, nisi Rex sibi juramento astrictus ea compleat, quæ jurârit, se interdicto Boiemiam subjicere. Hujuscemodi verò rei det monitorem & executorem Archiepiscopum Strigoniensem vel Episcopum Wratislabiensem, qui hujusmodi negotium, & non alii perficere poterint. Subjungit & gloriatur jam Episcopos incipere, ruminare tam circa Rhenum & alibi formidine sententiarum latarum in ipsos & in Ecclesiis eorundem, quasi velint mandatis Apostolicis obedire & ad executionem contra Fridericum dirigere vias suas. Inquisitio contra Ch. Frisium Episcopum jam fit, & cum fuerit celebrata sine mora (ait) vestræ gratiæ transmittetur.

Archiepiscopus Salzburgensis & Episcopus Bathavinus conspirationem fecêre cum Duce Austriæ nunc de novo; interdictum quod ad M. V. * in Austriam tuli; relaxârunt; & ut audio excommunicationem, quam in ejus personam tuli, revocârunt. Archiepiscopus Bremensis, ut fama est, M. ** sibi injunctum contra Fridericum, exsequitur intrepide ut Leo. In Bawaria nullus adhuc Episcoporum obedit, sed omnes attentant perniciosè resistere Saltzburgensi Archiepiscopo persuadente. Argentinensis Episcopus nihil facit, sed de die in diem mihi promittit, quod prius velit alios Episcopos sibi sociare, & tunc mandatum cum ipsis exsequi. In fine, ait, vobis P. S. *** quoddam magnum secretum declaro: (m) cum enim Dominum meum Ducem, magno consilio super Statu Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ convenissem, & inter cætera conculcarem sibi soli, quod hac vice jus electionis ipse & sui coelectores amisissent ex eo quod intra tempus legitimum, jus suum non fuissent prosecuti, alium videlicet Regem eligendo, & quod Ecclesia Romana, quæ Advocato Catholico diu carere non potest maximè cum ab hereticis impugnetur, sibi providere poterit de persona alius Gallici vel Lombardi, aut alterius in Regem vel Patritium aut etiam Advocatum, Teutonicis inconsultis, & per hoc posset imperium sicut prius ad exteras nationes pervenire, Dominus Dux leniter & purè mihi respondit: ô utinam Dominus noster Papa hoc ipsum jam fecisset, propter hoc enim vellem utrique voci renuntiare, videlicet Palatii & Ducatus & dare super hoc Ecclesiæ pro me & hæredibus publicum instrumentum.

* *Mandatū vestrum.*
** *Mandatum.*
*** *Pater Sancte.*
(m)

Porrò conqueritur, litteras Papæ super Ducatu Austriæ ab Eberhardo Episcopo Salisburgensi & U. Bathaviensi pedibus conculcatas ac minatos publico edicto si posthac quispiam hujusmodi afferat litteras, sive Clericus sive Laicus, non impunè habeat. Dat consilium ex consensu partium Papæ, ad terrorem Archiepiscoporum & Episcoporum Alamaniæ, Canonicis injungatur, si eorum Episcopi nolint obedire Papæ mandatis, ipsi tunc ad consilium executoris sententiarum vestrarum, alium eligant Episcopum. Si tale mandatum in Alamania insonuerit, sine dubio omnes Episcopi incipient obedire. Hanc ob causam multi inopes Canonici ambierunt amicitiam hujus Alberti. Rogat, sororem Regis Bojemiæ in omnibus Papa exaudiat. Præterea indicat: III. Non. Aug. in inventione S. Stephani Decanus, Capitulum Bathavinum contra me publicè prædicavit crucem, multos cruce signavit in salvationem animarum. Et in die Dominico Nonis Augusti Episcopus Ratisponensis publicè prædicavit, Papam iniisse concordiam cum Hæretico Friderico non ad vestram voluntatem & ad omnem utilitatem imperii & honorem. Ita fidi Ecclesiæ vulnerati (ut Italiam ita voluêre factionibus subjugare Germaniam).

Dein VI. Idus Augusti noctu media nuntii reguli cum nuntiis Episcopi Frisingensis Landshutam venêre absente Duce, qui tum in Bojemia erat pro negotiis Ecclesiæ Romanæ treugas solvere. Reguli nuntii, Duci & suis minati procacissimè, omnes imperiales ad Bojorum terram devastandam intrabunt. Nitenaw vacâsse ait: Episcopum Ratisponensem excommunicatum concessisse Putruglerio de Nurnberch potenti imperiali, qui cum filio atque ducentis armatis ad possessionem venit, quod ubi ego intellexi, meos Presbyteros & Clericos cum trecentis armatis misi obviam ut tam Putruglerium quam omnes milites & fautores Friderici excommunicarent, quam sentententiam & potius formidine armatorum nostrorum declinans domum rediit, Ecclesiam Henrico Prothontario inclyti Ducis Bawariæ devotissimo Romanæ Ecclesiæ contulit in spiritualibus & temporalibus gubernandam, rogat Papam, ut adprobet, & scribere Abbati de Walerpach, Chaysersheim, ast non aliis, & Richenbach, ut eundem A. V. * manuteneant ac defendant.

* *Auctoritate vestra.*

Tributa: Pewrn XLIII. modii avenæ XXVI. filius. Tri. I. Talentum Ratisponens. XX. pulli Laurentii. Ovenstetn V. Scafia. VII. Sol. Ratisp.

Plebanus de Sc. Michaelis IIII. Talent. Mart. Epiphan. IIII. Talenta.

Judex Sifridi de Frauhoven debet Michaelis solvere XII. solidos Ratisponenses, pro decimis in Pewrnbach, quas hoc anno per nos acquisivit, fidejubuit plebanus in Pewrnbach.

Vicarius in Kacharn, omnium Sanctorum VI. Talent. Ratisp. denar. de omnibus quæ Ecclesia habet. Fidejubuit Decanus de Ruding de Ecclesia Oecling Egidii XX. talent. Ratisponensium novorum, bona Abbatis S. Emerammi circa Echolving due hube Sundheim, ut Abbates inescaret mitram eis concessit.

Th. Abbati in Sabordowitz Olomucensis Diocesis, jubet publicari per totam Dioe-

(m) Integrum hunc locum ultrò in lucem protulit Brunnerus P. III. L. IIII. §. II. quem ego solâ victus veritatis reverentia, dolenter tamen repeto.

Diœcesin peculiares subjunctas orationes pro Papa Gregorio in Canone sub excommunicatione deterret ire cruce signatos contra Prutenos, aut trans mare, expectare donec contra Fridericum revocentur à Papa, præterea excommunicationem in Salzburg. Magdeburgensem, Ratisponensem, Frisingensem, Waltherum & Henricum Ceszellarium * de Wina Fratrem Prædicatorum & illos de Brunna. Mense ponit Junio. Datum apud Bruna. VII. Id. Maji. MCCXL. Ita Archidiaconis Olomucensis Diocesis scriptum, Merseburgensi ita.

* in Cod.

Misnensi Capitulo, ut Lantgravium Thuringiæ Marchionem Misniæ juxta præcepta Papæ commonefaciant à data usque Octavas Pauli & Petri. Hoc termino ei indicent, quid egerint, si illi obedire nolint interdictum ponant.

Omnibus Clericis, Monachis Aquileiæ, Salz. Bath. Olomucens. Gurk. Seccov. Lavent. contra Fridericum Ducem Austriæ, à proxima feria usque octavam terminum dent. Si Dux noluerit obedire interdicetur, aut ipsi.

Contra Thuringiæ Episcopum, Capitulum Mersburch, duo Monachi cum duobus equitibus de Cedlitz Cisterciensis Abbas de Pomouk cum Cellario & alio Monacho, Archiepiscopo Salzburgensi ut præsentent sententiam.

Archiepiscopo Magdeburgensi jubet reddi ablata Marchionibus Brandenburgensibus. bellum inferri prohibet. Pragæ XI. kal. Junii. Ita Fridericum de Stauff evocat ad VI. Id. Julii ad se. Datum Landshut. V. Id. Jun. Ulricus Notarius Canonicus Oetingensis.

Pragæ kal. Junii. Archiepiscopo minatur more solito.

Capitulo Salzburgensi ut adsint H. Abbati de Pomuck Pragensis Diœcesis, cum duobus Monachis, quomodo sententiæ præsententur Archiepiscopo.

Capitulo Ratisponensi per Ulricum de Sunelbach & ejus socium Prædicatores. Jusserat excommunicationem in Episcopum Sifridum secundo scripsit & Spa. Decano, Semanno Archidiacono & Magistro G. Concanonicis, tertio per Chunradum Diaconum de Strubing. Inobedientes incusat apud Brunam. Excommunicat Episcopum, jubet promulgari. Datum apud Chladeroub. VIII. Id. Junii.

(n) Si. (n) sola M. D. Ratisp. Episcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius. Alberto Bath. Archidiacono. ait ex litteris suis debuisse procedere Litteram Papalem, in qua mandaretur eisdem ut cum solemnitatu excommunicaret Fridericum, tum si negligens fuisset &c. injuriosè injungere nobis non visis originalibus, nec constat de vestra jurisdictione, ut dicitur, ideo si haberet authentica, invitat eum ad suum castrum Outing, aut Landeshutam fide publica mittere Ministros, qui instrumenta videant, examinent, hortatur, ne ita imperiosè omnia confundat, non conservato ordine juris.

Capitulum Ratisponense Alberto. MCCXL. feriâ VI. ante festum Johannis Baptistæ, recepisse litteras superiores quas interserunt, contra suum Episcopum, sed priores non accepisse. Irrident ejus scripta, quod publicârit Brunæ excommunicatos cum non adfuerint, hæsitant de ejus potestate.

Archidiacono, Diacono, Scholastico Pragensi IIII. Id. Sept. Archiepiscopum & Capitulum Salzburgense, Bathaviensem, Ratisponensem, Frisingensem Episcopos ubique excommunicat. Abbates de Mileuscho, Wilhelmum Sostoloport hos excommunicat, quod mandatum transmissum vilipendunt.

Abbati in Zetrahu mandat Conlegium Ecclesiæ Wissengradensis Landshutam ad suam præsentiam Idus Aug. citari, qui noluerunt præsentare Episcopo Bathaviensi. Intimavit Domino Marchioni Misniæ & Capitulo Mandatum præsentatum. Per hujusmodi instrumenta coram Papa contra Principes & Episcopos informari.

Wormatiensi Episcopo, Capitulo, Jubet per Wormatiam, Mogontiam, Treveres, excommunicare Imperatorem, Lantgravium Thuringiæ, Marchionem Misniæ. S. Archiepiscopum & Capitulum Moguntinum, E. Salisburgensem Archiepiscopum, S. Ratisponensem, C. Frisingensem Episcopos, Ducem Austriæ. Datum Pragæ kal. Junii. in quibus singulis vult certior fieri, quid agatur in omnibus litteris. Ita Episcopo & Capitulo Spirensi.

Abbatibus S. Emmerami, Prufling, Prul, Præposito S. Magni jubet litteras missas adfigi & publicari valvis templi Ratisponensis personaliter & scribere quid facere velint. Datum apud Claderub VIII. Idus Junii. Excommunicati die Jovis XI. kal. MCCXL. ita scribitur dat. Ratisponæ eodem die, Gundeloho & M. Eberhardo Canonicis veteris capellæ. Sed Canonici prohibuêre, minati quod contra Episcopum & Imperatorem id agere.... (o) (o)

Hos nuntios misit in Austriam contra Ducem in prima acie: Decanus templi cum duobus fratribus, Dominus Hospitalis cum duobus fratribus, Domus Teutonica cum duobus fratribus. In secunda acie. Abbas Weligradiensis Cisterciensis Ordinis, Abbas Lucensis Præmonstratensis Ordinis, de Reingard Ordinis S. Benedicti, ejus Ordinis Præpositi. In tertia acie quinque. Archidiaconus cum suo Decano Olomucensis Diocesis; injunctum omnibus ut singula intiment.

Albertus B. Argentinensis Episcopus contra Episcopum Frisingensem qualiter inquirere velit, rem commisit Abbati de Schira. Bremensis Archiepiscopus publicè excommunicavit Imperatorem, excusat se de fama, quod nunquam defecerit à Sede Apostolica, sed quod distulerit hactenus excommunicare Imperatorem, ut paci Ecclesiæ consulat, quia in meditullio imperii petit sibi parci.

 Herbi-

(n) *h. e.* Sifridus solâ misericordiâ Dei non Apostolica gratia &c.
(o) Reliqua ita obscurè exarata ut oculorum aciem planè effugiant, etiam expertorum.

Herbipolensis Sacerdos, quod excommunicatorum fratrum ſcilicet de domo Teutonica inſtantia gravent Eccleſias videlicet in Pruel Ratisponenſis Diœceſis, citat Landeshutam xvii. kal. Sept.

Salzburgenſes citatos antea Landshutam ab Henrico Abbate de Schira vigilia Bartholomæi rurſus citat Landshutam in parochiæ Eccleſiam vigilia Mathæi. Datum Lanshuet viii. kal. Sept.

Epiſcopo, Capitulo Conſtantienſi jubet coram ſe litem finire. Solvit Bertholdum Comitem de Urach, quem excommunicârant. Landshuet. Mandat poſt Decano de Urach & Niwerting, ut litteras illis præſentent, in quibus jubetur ſatisfacere Comiti de Urach. Minatur, ut ſolet Albertus Decano Ergolting. S. Epiſcopus Ratisponenſis vetuerat,ne pareretur litteris Alberti. ipſi minatur, ne litteras recipiat poſthac. Si tria verba in favorem Epiſcopi ſubditis pronuntiaverit, ſuſpendit. Lantshuet. xvii.kal. Sept. MCCXL.

Idus Martij. Sifrido Epiſcopo Ratisponenſi mandat exequi mandatum Papæ per Voldmarum Capellanum ſuum.

Pridie kal. April. interminatur ſecundis litteris Ducem Auſtriæ deſciviſſe ab Eccleſia, ſuſpendit, citat intra xxx. dies & excommunicâſſe Eccleſiaſticos.

Capitulo Ratisponenſi interdicit vii. Id. April. aut publicet intra xv. dies. Ita Ch. Decano, Semanno Archidiacono, Magiſtro Gotfrido Canonicis Ratisponenſibus minatur privationem Sacerdotiorum.

viii. Idus Junii interdicit. Chladorub.

Ottoni de Friſaco Ordinis Prædicatorum mandat Fridericum Ducem Auſtriæ moneat matrimonium compleat. . . . absque omni mora, minas addit xi. kal. Januarii. xvii. kal. Febr. eundem ſcriptis excommunicat, quod abjecerunt præcedentes litteras.

Epiſcopo Ratisponenſi ut veniat videre litteras xi. kal. Januarii.

Capitulum Ratisponenſe appellat ad Sedem Apoſtolicam ( ita Magiſtro Alberto ) F. Præpoſitus, C. Decanus & totum Capitulum, ajunt miſiſſe pridie Magiſtrum Marquardum Præpoſitum Matſeenſem, Percholdum de Oberndorff & Magiſtrum Ulricum de Achelſtat Concanonicos & nuntios Landshuet ad ipſius præſentiam & cum ad duo ferè milliaria proceſſiſſent cum nuntio Epiſcopi, quatuor armati lanceas penes viam inſidiis poſiti irruentes in ipſos & credentes Magiſtrum Eberhardum Concanonicum ibi eſſe, cum eum non inveniſſent, ſecreto monuêre Marquardum, ne ipſe ac ſui via publica etiam ſemitis privatis procederet ubique inſidias collocatas eſſe, ideò retrò ivêre. Adpellant. Datum Ratisponæ MCCXL. in craſtino Beati Johannis Baptiſtæ.

Sifridus adpellat Epiſcopus (quia gravatur ab Alberto, nec oſtendit mandatum) coram Capitulo Prælatis aliis, Fratribus Prædicatoribus & Minoribus præſentibus. MCCXL. vii. kal. Julii.

Sifridus quia ipſe à nobis es excommunicatus jamdudum ex mandato judicum delegatorum Domini Papæ & publicè denuntiatus, nec conſtat ſe abſolutum eſſe, Papam adpellat. MCCXL. iiii. Non. Julii.

E.Præpoſito Ratisponenſi mandat, publicet Epiſcopum depoſitum. Datum MCCXL. v. Idus Aug.

R. Abbas Pruflingenſis, G. Abbas Pruel Alberto: petunt ſibi prævideri de authentico Papæ quia dum rem executi, Canonici minati ſunt eos non jure feciſſe, ſcripta non eſſe authentica.

Capitulum Ratisponenſe ſecundo adpellat, ſe mortis periculo excuſant, nec conſtare de jure Alberti.

Sifridus excommunicatus quod Imperatorem noluit denuntiare.

E. Præpoſitus Ratisponenſis peculiariter adpellat, objicit ipſum excommunicatum à Papa, nec conſtare ſibi de jure quod uſurpat, beneficiis ſpoliavit, nec authenticum mandatum oſtendere voluit, nec poſſit obedire, cum cives mortem minati fuerint, qui aliquid contra Imperium moliuntur. Ratisponæ MCCXL. die adſumptionis Mariæ.

Sifridus ſola miſeratione Divina Epiſcopus Ratisponenſis Imperialis Aulæ Cancellarius Ulrico Sacerdoti Alberti conſanguineo de Tegernpach, ait Plebanum de Lintkirchen conqueſtum quod à Magiſtro Alberto excommunicato à nobis, quoque publicè denuntiato, de cujus abſolutione non conſtat, Eccleſiam ipſius acceperit. Citat eum ſexta feria poſt aſſumpt. MCCXL. ii. kal. Aug. Plebano in Althoven ita ſcriptum.

E.Archiepiſcopo & ſcripſit ac duo mandata miſit, ut publicaret, ſed contempſit. Duo mandata ſcripſit Balthaſar in Chronico Hermanni. Tertium:

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Magiſtris Alberto Archidiacono Bathavino & Philippo nuntio noſtro in Alamania moranti ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Miratur fratrem venerabilem E. Archiepiſcopum Saltzburgenſem cum Romanæ Eccleſiæ honorem obſervare juramento adſtrictus ſit ) Ducem Auſtriæ reconciliare Friderico Imperatori ipſe perſeverat. Jubet illis eum admoneant, deſiſtat, aut excommunicent. ix. kal. Decembris. Pontificatûs xiii. ait ſe tertio jam ſcripſiſſe Albertus, minatur, aperit præterea excommunicatos Epiſcopos Ratisponenſem; Friſingenſem, Utonem Friſingenſem Præpoſitum, Ch. Decanum, Sennemannum Archidiaconum, Gotfridum, Canonicos Ratisponenſes & contra Ducem Auſtriæ ita proceſſiſſe ut ſequitur. Inſerit ſcriptum Gregorii ipſis factum Alberto & Philippo.

Gregorius ſervus ſervorum Dei Alberto &c. memorat beneficia in Fridericum Auſtriacum à Rege Bohemiæ ad inſtantiam ſuam conlata, cum enim ab Imperatore omnibus terris ſpoliatus fuerit, Rex Boemiæ juſſu Papæ adfuit eidem auxilio, ſubſidia præbuit, donec recuperârit terras; miratur igitur ( cum idem Dux toto poſſe juramento præſtito ſibi adeſſe debeat ad negotium, quod ipſe novit, cum aliis devotis Eccleſiæ Principibus promovere, neptémque ſuam filio

filio Regis Boemiæ copulare) ingratitudinem ejus, in quo omnem spem collocârat, jubet eundem admoneat, rem perficiat, aut interdicatur terra, ipse excommunicetur IX. kal. Decemb. MCCXXXIIII. (p) Vetat præterea ne quidquam Bojemiæ aut Moraviæ mali adjungat.

Brunnæ VII. Id. Maji. dein kal. Junii Pragæ MCCXL. Henricus Abbas de Pomouk Diocesis Pragensis Cisterciensis Ordinis, Arnoldus Cellarius, Henricus Camerarius ejusdem Cœnobii Monachi die Viti Salzburg perveniunt absente Archiepiscopo.

Capitulo Salzburgensi mandat superiores recipere. Pragæ kal. Junii.

E. Dei gratia Saltzburgensis Archiepiscopus Apost. Sed. Legatus (q), Ottoni Comiti Palatino Rheni, Illustri Duci Bojorum. Non se latere scribit post Conventum Strubingensem ad honorem & utilitatem totius Bojariæ, spiritualium ac secularium personarum, indictum alium esse Monacum, se tum in Carinthia degente & huic itineri accingente, intervenisse ardua magnáque negotia quibus coactus remanere. Se enim invitatum à Duce Austriæ, usque Græcio ad eum venisse, collocutúmque de liberatione suorum obsidum feudisque templi sui, quæ habuit Rainbertus de Murecke, quæ occupârunt Hertnidus de Cit * & alii quidam. Igitur Conventum Monacensem adire non potuisse, se tamen servaturum promittit, quæ ibi statuta fuerint omni diligentia. Conqueritur postea cum ante Conventum Strubingensem Dux pollicitus sit nullas contrarias litteras aut in Conventu, aut villis aut oppidis præsentari, dúmque in reditu ad Landshuet . . . ubi summam quietem habere . . . suis oppidis sperârat, præsente Comite de Wasserburch & Domino de Fraunhoven & aliis pluribus nihil observatum sibi esse. Secundo queritur sibi alias quasdam litteras per quemdam Monachum, procurante illo turbatore totius Bojoariæ, conductu Ducis, Salisburgum delatas sed ob infamiam nebulonis & turbatoris esse receptas minimè concludit non sibi utile fore quod familiaritate hujus personæ ita utatur, & à latere suo talia fieri permittat in gravamen Ecclesiarum & forsitan Domini nostri Imperatoris. Rogat, consulit, ne posthac illo infami familiariter utatur, sibique caveat à molestiis & injuriis, quibus rectores Ecclesiarum afficere nititur. Quamprimum, inquit, Bojariam venero, adhibebo operam efficacem pro vestro consilio & auxilio ob observanda statuta Canonum.

* ita Cod.

Fridericus de Libenitz Canonicus Saltzburgensis Alberto, adulatur ei se eum dilexisse fratris loco, videlicet stultè egisse Eberhardum, quod spoliaverit Ecclesia Lauffen (r) . . . . . . . promittit operam suam, rogat authentica scripta mitti, quo Episcopo resistatur. O ambitio cum sociis! (s)

H. de Lerchenveld Decanus Ratisponensis veteris Ecclesiæ consanguineo. Conscius Alberti Poppo plebanus.

De Mundreiching consanguineus reconciliatur Gotfrido Canonico per eum.

H. frater Monachus Altahensis, conscius.

Sifridus Episcopus Ratisponensis, petit relaxari excommunicationem, quoniam sine periculo publicare non audeat, quoniam Ministri Ecclesiæ, quidàm Canonici cum civibus, R. (t) Palatinus Baw. conspiraverunt contra Papam.

Quosdam absolvit Canonicos Salzburgenses, F. Scolasticum, ô Camerarium. H. de Megeling absolvi præcipit Canonicos Salzburgenses C. Diaconum Burggravium, Camerarium Salzb. H. de Weging Archidiacono occultè mandat, absolvat G. Archidiaconum, post scripsit se Archidiaconum Laureacensem.

G. Canonicus Bathaviensis & Archidiaconus Alberto perconciliari quærunt cum amicis & concanonicis.

Episcopus Pragensis aperit, se operam dedisse ne Rex Boiemiæ faveat Imperatori, frustra eum fuisse. Alia littera dicit non laborare pro salute Imperii, ne credat Episcopo Pragensi, ipsum quæsitum esse ad pœnam. Rogat, ne epistolam aliam Boemo ostendat. C. Abbas Bunow. aliis litteris scribit Abbas se sperare prius intraturum Boemiam, quam Bohemos non fauturos Imperatori. . . . . .

Abbas de Porta Apostolorum mittit scyphum argenteum. Miratur provisor Chlad. quod tam subito occultè ex Bohemia discesserit. Absolvit Bertholdum Abbatem de porta Apostolorum, quia petiit humiliter. Actum Wasserburch VII. Idus Septembris MCCXLIII.

IX. kal. Nov. MCCXLIII. Pragensi Episcopo. Miratur de eo, cur patiatur Tobiam Decanum, Præpositum Pragensem, R. Archidiaconum, Stephanum, Scolasticum . . Abbas de Wilhelmo, de S. Procopio, de Zetchu, de . . . excommunicatos celebrare. Datum Wasserburch IX. kal. Nov. petit providentiam fieri de victu.

Infirmatur Archiepiscopus Salzburgensis. F. Libenitz Oto Burgravio scribit. . . . conqueritur nuntios spoliatos, verberibus excruciatos ab Episcopo Bathaviensi per Tyrannos de Ras.

C. Burggravius Archiepiscopum etiamnum (heu! benè sciat) valere. Quatuor conspirârunt, tamen frustra, quod Papa obiit.

Moguntino Archiepiscopo. Se spoliatum, quærit sibi munus exuli rebus omnibus spoliato dari, donec ad Ecclesiastica beneficia sua venire possit. Præposituram S. Michaelis, Ecclesiam Pescherin.

---

(p) festinans Aventinus 1334. posuit manifesto errore.

(q) Meminit hujus Epistolæ Aventinus L. VII. C. IIII. §. XXXII. ubi quædam inserit, quæ hic desiderantur. Puto eum elibi Excerpta habuisse ex iisdem commentariis, ut solebat sua sine ordine chartis illinire; quæ ad me non pervenêre, quod major rapsodiorum ejus Pars interciderit.

(r) Avent. in marg. *Episcopus abstulit illi Lauffen.*

(s) Aventini *suspirium.*

(t) *Rapoto*, notante Aventino.

Nova: Dux Auſtriæ adjutorio Epiſcoporum Bathavienſis, Friſingenſis vaſtavit Olomucenſem Diœceſim. Rex Boemiæ occurit: Terga vertit Auſtriacus. ſed ipſe non credit.

H. de Cathan Babenbergenſis electus propè Villacum ſpoliavit ejus nuntios.

De Fratribus Papæ in Oſterhoven Ordinis Prædicatorum, commendat Sifrido.

Scribit ei Epiſcopus Moguntinus, licet contra ſe pro Duce B. fuerit, tamen petit, quia potens apud ducem fœdus impetrare. Datum apud Pingam kal. Octobris.

Wiſſegradenſes Canonici totúmque Capitulum Alberto Bathavino Archidiacono, Judici per totam Alamaniam & Germaniam generali conſtituto, aperiunt juſſa ejus, mandatum per Magiſtrum Scolarum & Vicarium Eccleſiæ Wyſegradenſis miſiſſe aliis adjunctis Bathaviam, præſentata in templo Stephani v. Idus Junii, quatuor temporum die Sabbati ante Octavam Penthecoſtes. celebrabat tamen Epiſcopus Ordines in choro ad majus altare poſt promotos acolythos & Subdiaconos cum deberent Diacones promoveri & ſequentia S. Spiritûs cantaretur, & infra verſiculum illum: *Ergo nos ſupplicamus* &c. unus ex nuntiis noſtris Laicus tum litteras obtulit Epiſcopo dicens: has mittit vobis Albertus Archid. Sedis Apoſt. Legatus; Epiſcopus limis oculis inſpecto ſigillo litteras ad terram projecit, nuntium ibidem manu alia alapizavit, & poſt hæc capi juſſit. Interim Gerboto Præpoſitus tollit litteras, dat Epiſcopo. Epiſcopus accepit, aperit, parum legit, complicat reddit obſervandas Gerboto. Tum Gerbotus raptum nuntium liberari juſſit. Interim Magiſter nuntius invocato teſtimonio Clericorum & promotorum atque promovendorum, Præpoſiti & Miniſtrorum, qui Epiſcopo miniſtrabant, Decani & Canonicorum. Quidam libenter audiverunt, quidam non. Aſtutè exit Magiſter de Eccleſia cum nuntio, qui captus erat, in diverſorium tamen poſtea per totam urbem quæſiti ſed per amicos abſconditi, non inventi. Dixit Epiſcopos ſe velle pro eo marcas dare, ſi nuntios haberet, vellet eos cum litteris ad Imperatorem mittere. Sic magno periculo nuntii noſtri, manus ejus evaſerunt.

R. Epiſcopo Bathavino & Epiſcopo Saltzburgenſi mandat tres bullas exequi. Datum Pragæ kal. Jun.

Wiſſegradenſe Capitulum præſentavit. De alieno ludit nebulo corio.

Sacerdotibus plebi populóque Bathavinæ Diœceſis aperit Rudegerium Epiſcopum, H. Præpoſitum, C. Decanum omnes Canonicos præter quatuor (u) excomunicâſſe, abſolvit omnes fidelitate, & niſi infra vigiliam S. Andreæ obediverint Epiſcopatu & præbendis privat. Actum Landſhuet in Eccleſia Parochiali teſtibus Clericis & Laicis. pridie Id. Sept. MCCXL.

Capitulum Bathavienſe prid. Idus Septembris citat Datum Landſhuet vii. Id. Julii MCCXL. ut Bathavienſi, ita Friſingenſi, Auguſtenſi, Herbipolenſi, Eiſtetenſi ſcriptum. Præpoſito & Decano Eiſtet, ait F. Epiſcopum conſanguineum ſæpius monitum per ſe, per Præpoſitum, Archidiaconum Eiſtet. Hactenus non obedivíſſe, excommunicat eum, mandat publicent. Non. Decembris MCCXL.

Nos Albertus miſericordia Divina Archidiaconus &c. Excommunicamus Præpoſitum, Decanum, Archidiaconum, qui dicitur Oblaicus, Canonicos Eiſtætenſes in nomine P. & F. & S. S. . . . quod noſtris, imo Sanctiſſimi Apoſtolici mandatis parere contumaciter contempſerunt, pronuntiamus, nihilominus non valere quicquid per Fr. Epiſcopum Eiſtetenſem tempore ſuſpenſionis & excommunicationis ſuæ circa beneficia Eccleſiaſtica, quam Sacramenta Eccleſiæ & alia quæcunque per ipſum ordinata. Acta Landshuet. xiii. kal. Januarii. MCCXL.

Ulrico Præpoſito Herridenſi. H. Theſaurario Canonicis Eiſtettenſibus mandat excommunicationem publicent. Landshuet iiii. kal. Febr. MCCXLI.

Epiſcopo Eiſtetenſi conſanguineo ſuo, petit concedi caſtrum Papæ ad tempus. . . . . ad Epiſcoporum Germaniæ inobedientium ſuperbiam ad nihilum redigendam, in utilitatem Eccleſiæ ſuæ ut contra æmulos triumphare poſſit. Petit benignè, audiat Legatos. ante feſtum Michaelis. Petit reſponſum.

Præpoſitum, Decanum, totum Capitulum Eiſtettenſe excommunicat 18. kal. Febr. Landshutæ 1241. quia excommunicati celebrent aut adeſſent Epiſcopo excommunicato.

Præcipit collegio veteris capellæ Ratisponenſis publicare ſuperiora contra Eiſtet. Lantshuet ix. kal. Martii.

Capitulum Eiſtet citat Landshuet Idus Auguſti. Datum Landshuet v. Idus Julii MCCXL.

Meingoto de Waldeck Archid. Bath. mandat publicet contra Epiſcopum Bathavienſem proxima feria ſecunda poſt Dominicam quaſi modo geniti. MCCXLI. Et Herbipolenſi Epiſcopo litteras miſſas tranſmittat.

Magiſtro Clerico Notario R. * inclyti Palatini Bavariæ Eccleſiam in Piropach confert, quam R. Epiſcopus Bathavienſis aliî contulerat. Datum Pernſtein xiii. kal. Nov. MCCXLI.

* ſc. *Rapotonis.*

Ut eundem manuteneant ſcribit W. de Chorpheim & R. inclyto Palatino Baw.

Rex Boemiæ voluit ire contra Epiſcopum Moguntinum, Epiſcopus voluit interdicere Boemiam utrumque nebulo impediviſſe ſe ſcribit, blanditur Archiepiſcopo Moguntino, carpit tamen, quod judicium ſuum necdum præſumpſerit adire. Rex enim Boemiæ ire voluit, ſed prohibitus ſub pœna interdicti, Rex Bojemum quæſivit interficere, ſed noctu aufugit.

Chunradus Comes Waſſerburgenſis Hertwicum militem de Laureaco Duciſſæ familiarem petit acquirere amicitiam Ducis Bavariæ.

Dux

(u) *Avent.* h. l. non nominatim dicit. O fraudes!

(x) Dux Austriæ uxore repudiatâ (x), quærit aliud matrimonium. Fridericus Bavaro scripsit, nuntios missos Roma. Fridericus tenuit.

Henrico de Lerchenveld Decano Ratisponensis majoris Ecclesiæ scribit, ut relaxet excommunicationem in Episcopum. MCCXLIIII. VIII. kal. Martii. scribit, si Episcopus Ratisponensis omninò se subjecerit, secreta aperire vult.

Sifridus sola misericordia Divina Ratisponensis Episcopus Magistro Alberto Bath. Archidiacono remittit injurias.

Eberhardus Archidiaconus similliter remittit scripta, meminit se privâsse eum beneficiis, Episcopum Coloniæ liberatum à carcere scilicet per fideles Ecclesiæ.

Fridericus D. G. Rom. Imperator Duci Bojorum aperit mortem Papæ, electum Sinibaldum tit. S. Laurentii in Lucina Presbyterum Cardinalem imperio favere scribit sicut ante papatum, fautores imperii perseverare. Beneventi XXVIII. Junii.

P. Moguntinus Archiepiscopus Abbatibus Mallerstorff & Tyrhaupten mandata Wormatia ediderunt in se, rogat, ne faciant posthac. Nurnberg XV. kal. April.

(y) G. de Monte longo (y) Nuntio Papæ per Lombardiam Apostolicæ Sedis Legato. Archiepiscopus Moguntinus cum Comitibus de Isenburg regnum Alamanniæ, ferro flamma subvertit, & suos consulit mitti Legatum fortem animo, robustum; Alamanica discordia vexatum, se pauperem esse, sumptus 500. marcar. non sufficere, mutuum petit. Oto Dux Bojorum, Rex Bohemiæ adhæsêre Ecclesiæ.

Serenissimo & DEO amabili Domino Ja. Teuplo D. G. Venetiæ, Dalmatiæ atque Croatiæ inclyto Duci & Domino quartæ partis & dimidii totius Imperii Romani Al. Venetorum constantia apud Deum & homines nota Sacrosanctam Romanam Ecclesiam & fidem Catholicam solidat, confortat, Italiam incolumat, Hispanias & Gallias veluti Catholicas sibi sociat, & Germaniam robustam ad mœnia & agmina constantiæ suæ

(z) adamantina virtute trahens &c. (z)

Archiepiscopo Moguntino aperit, quod Dux Bojorum se ut patrem suum dilectum jam dudum à latere separâsse, consilio reguli Suevorum in castro consanguineorum & nepotum miseram vitam ducere; prohibuit ei sua castra & oppida .... se spoliatum omnibus beneficiis Ecclesiasticis.

Ecclesiæ partes Marchio Estensis, Dux Venetus Albericus Boakinus.

H. de Nympha sub habitu Templariorum ac Hospitalium ... cupit deduci ad Episcopum Moguntinum.

Plebanus de Straubing ait eum habere paucos amicos.

Consanguineo H. de Lerchenveld Decano Ecclesiæ Ratisponensis conqueritur de populo Ratisponensi, quod præterito anno abduxerit Ducem ab Ecclesia, quod se Albertum Dux separavit à latere; insuper prohibuit Plebano Straubingensi, ne me hospitio recipiat.

Ul. Goslariæ Decanus physicus sententias excommunicationis missas à Papa, eum (a) in Bojaria excommunicavit, quem ante (a)
Albertus excommunicaverat, quod noluit Herbipolensem excommunicare Episcopum. factum cum Gregorius Papa sex menses fuit in sepulchro.

Berhtoldi Comitis de Pogen uxor Kunegunda Diotmarum Abbatem inferioris Altah excommunicat, quod orârit pro Friderico Imperatore & quod Monachi recepe runt ordines ab Episcopo Bathaviensi, quod Diethmarum Nepotem suum plebanum Ingolstadt fecit, quod W. notarium Alberti & ejus nepotem W. in porticu lethaliter vulnerari fecerit, nisi auffugisset, eum interfecissent, quos à proscriptionibus duabus à Duce liberavit Baw. Actum Chirchdorff v. kal. Aug. MCCXLII.

Rex Boemiæ conlegerat exercitum favore Friderici Imperatoris contra Moguntinum Episcopum, Abbas de Porta Apostolorum coegit se absolvere. MCCXLIII. XI. kal. Julii. Cœnobio Bunow.

H. Præposito Monasteriensi Dom. Baw. notari.

A. Præpositus Eistetensis aperit litteras Ducis sibi transmissas Capitulo & Præposito Rebdorfensi de excommunicatione Episcopi & Capituli Ratisponensis, se executos ait circa festum omnium Sanctorum; circa festum Andreæ Wernhardum Fuchszagel Magistro Marquardo de Werdea miserat.

Renerius de S. Quintino (b) Canonicus Trecensis & Cantor S. Stephani Trecensis (b)
Judex à Papa delegatus Præposito Eistettensi & Rebdorff mandat excommunicari Episcopum Ratisponensem, occasione Reinerii, Orlandi, Bartholi Leonis Theoderici Calquernii, Urnii civium & mercatorum Senensium. Et Abbas de S. Emeramo, Prifling, Pruel citari jubet trecis in propria persona ad crastinum Simonis & Judæ de contumacia & damnis mercatorum, ex censuris responsuros quod noluêre excomunicare Episcopum. MCCXXXVIII. mense Novembris. Minatur, nisi executi fuerint.

Meminit F. Præposito S. Andreæ & Thesaurario Ecclesiæ Frisingensis, omnes Clericos pene interdictos in Diœcesi Frisingensi. Ideo publicari mandat. Landshuet XI. kal. Febr. MCCXXXIX.

R. excomunicatorum: Chunradus Episcopus, Abbas Tegernseensis & Conventus, Rota Conventus & Abbas, Etl Monachi, Altenmünster, Metoling. Eberhard Scholasticus, Eber. Chast, Otto Saff, Fridericus, Hermannus Canonici Frisingenses. C. Decanus Eberwinus, Chunradus, Perhtoldus,

Hhhhh

(x) *Agnetem Andecensem* innuit, de qua vid. Aventinum L. VII. C. IIII. §. 4. pag. m. 636.
(y) De hoc Gregorio de Monte longo vid. Avent. L. VII. C. IIII. §. XVII.
(z) Avent. h. l. *scribo, quia loquitur de Alamannia.* meminit hujus Epistolæ Avent. L. VII. C. IIII. §. XVII. p. m. 639.
(a) erat superius scriptum: *Albertum.*
(b) De eo Avent. L. VII. C. IIII. §. XX.

dus, Decanus custos cum omnibus Mosburgensibus, Chunradus, Hermannus, Siboto S. Andreæ, Udalschalcus Præpositus Viti cum omnibus Canonicis, Schledorff, Piharting, Weirn, Dietramscel, Peurbach, Pernried cum suis, Isenenses Canonici, de Sliers omnes, Ecclesiæ Alberti Poumgarten, Schwenhiltdorf, Maurn, Decanus Adelungshofen, Jorz, Zorngelting, Plebanus Wolfratshusen.

Laici excommunicati: Chunradus Comes Mosburch, Isenricus de Waldeck, H. de Vagen, Chunradus Pincerna de Humbel, Chunradus de Armberch Perchtoldus de Chamer & Ulricus filius ejus, Engelwardus, Sifridus Vintus, Heinricus de Eisenpurne, Libhard Casto, E de Aiche, Pero Muslo, Pero de Maurn, Eberhard Hertzenhausen, Pilgrin de Mosen, B. Speisstraff, Eberhard Mistel, Weichnandus.

B. Argentino Episcopo Albertus significat, Ducem Austriæ quatuor milibus equorum Pataviam venisse mediante Episcopo
(c) Frisiorum (c) à Duce suo B. impetrasse, ut ipse sit mediator inter Regem Boemiæ & Ducem Austriæ, in Dominica Oculi ob hoc intravit Dux Bawariæ Bojemiam, Regem Boemiæ Pataviam evocaturus, ibi mediantibus Ratisponensi, Frisingensi Episcopis concordia facta. Petit de inquisitione Episcopi Frisingensis supersedere & prolixiorem terminum statuere, X. mensium scilicet.

B. Episcopus Argentinus H. Abbati Schyræ. (G. Papa Episcopo Argentino: audio Ch. Episcopum Frisingensem dicere nos nil juris in Alamania habere, præterea homicidio infamatus & vitio falsitatis, mandat inquisitionem. v. kal. Decembris Pontificatûs XIII.) mandat, citet Episcopum ad se, & inquirere in Episcopum. Pridie kal. Martii. MCCXL.

Idem citat Episcopum, V. Præpositum, E. Decanum, Capitulum, Monasteria Frisingensia, Tegernsee, Rot, Etel, Undcinstorf, Raitenpuech, Nova cella, Ebersperch, Weihensteven. Datum ut supra.

Redditus quos Abbas Laurissemensis dedit Alberto absenti, diœcesis Wormatiensis ad XV^C. Marcas puri argenti.

Cives Augustenses, Ulmæ, Werdæ, Loſuging, Nordeling, Ouſkirchn, Murnawe alia castra & villæ, milites in Italiam misêre Friderico. Excommunicat, interdicit, Episcopo Augustensi mandat publicare. III. Id. April. Ita Episcopo Herbipolensi, quia cives Onolspach, Dünckelspuhel, Gemund, Lentersheim, Hal misêre milites.

Episcopo Eistet, quia cives Nurnberg, Weissenburch, Greding misêre milites.

Mandat Præposito Chamb ut has litteras Episcopis superioribus mittat intra xx. dies personaliter. III. Idus April.

Gregorius Papa Regi Boemiæ concilium indicat, cujus nuntios postulat, præcipit, ne litteris Friderici fidem habeat. Idus Octobris, Pontificatûs IX. Laterani.

Abbatibus Piburg, Münster scribit de causa inter Episcopum Frisingensem ac Ducem, præcipit Episcopis Ratisponam personaliter accedant, excommunicent Episcopum Frisingensem & superius notatos. Abach, Vohburch. Datum Landshuet v. kal. Febr. MCCXXXIX.

Discordia inter Episcopum Frisiæ ac Ducem Bojorum.

Chunrado Comiti Wasserburg, Rotæ Monasterii cujus advocatus, bona occupare mandat sub pœna excommunicationis, quia Abbas favet Episcopo Frisingensi. Ipse gubernet Monasterium. . . . . mandat aliâ thesaurum Ecclesiæ observari.

Beneficia scripta amissura; quæ inter suos socios dividat Ducissa Bavariæ.

Judici de Valckenberg has Ecclesias concessit colligendas pro Domino Duce, Dorna, Helfendorf, Perloch, Saunloch, Tuntenhuisen, Aign, Werde, Finsing, Wisenning, Peulenberch, Encinge, Nansheim, Zorigelting, Puech. Aliæ Ecclesiæ commissæ Magistro Alberto.

In districtu Valckenberg hæ Ecclesiæ: Prunnc, Zorngelting, Ehinning, Olay, Prucke, Ehsing, Holzon, Schoenaw, Nansheim, Enzing, Neuching, Finsing.

Gregorio Papæ scribit quod kal. Junii Chunradus Rex Alamanniæ & Archiepiscopus Moguntinus cum mille militibus venissent Egram, laborantes multum ut Principes imperii sibi possint placare pecunia pollicita, quibus Rex Boemiæ, Dux Bavariæ usque Elenpogen occurrerunt quatuor millibus hominum. Advenêre Marchiones Brandeburg, Marchio Mysniæ, Raspo Landgravius Thuringiæ, post multa per mediatores Chunradus in suam sententiam traxit Thuringum, Misniúmque, quos cum Rex Boemiæ, Dux Bavariæ à proposito revocare non possent, Chunrado & suis multum indignati solventes treugas discessêre. Magna discordia ab hujusmodi colloquio. Dux Austriæ illis diebus ad obsidendam Viennam pro militibus laborat, petebat, ut Rex Boemiæ ac Dux Bavariæ sibi auxilio venirent. Alia parte instabat festum S. Petri, ad quem tam Rex Boemiæ quam etiam Dux Bawariæ cum Sociis principibus venire debebant ad electionem novi Regis, cupientes utrumque negotium finire, decretum, ut Dux Bawariæ cum quatuor millibus Duci Austriæ subveniret, Rex Boemiæ cum Societate Principum & pleno mandato Ducum Bawariæ ad electionem faciendam ad indictum terminum properaret. Sperat in festo B. Petri eligi circa Poloniam in loco Lubus in Regem Romanorum Regem Daciæ juniorem. Petit autem Dominus meus Dux mitti Legatum, consulit & Albertus; petit Dux ut contra Avunculos suos Rasponem Thuringum & fratrem ejus Ch. conversum excommunicatio mittatur.

Bruno Lubicensis Præpositus, diligens executor, ait omnes Principes Papæ partium esse, præter fatuos Thuringum & Misnium.

Petit Dominus meus Dux sententias excommunicationis per Abbatem de Mallerstorff

(c) Aventino perinde ac *Frisingensium*, quod semel monuisse sufficiat.

(d) storff & ejus conlegas latas auctoritate vestra propter Ecclesiam Laurissem (d) contra Archiepiscopum Moguntinum ejúsque socios confirmari.

Apud Bassavium captus nuntius Alberti. Episcopus Frisingensis ordinaria auctoritate interdixit Ducem Otonem. Lis inter eos contra justitiam, Auctor Albertus. Episcopi Chiemensis, Seccoviensis, Abbas Agemunde arbitri dati: petit Dux unum à se eligi, alterum à Papa. Scribit igitur Gregorio procuratori suo apud Papam ut nullum pro se & Duce eligerent Episcopum nisi Argentinensem & Abbatem de Walderbach Cisterciens. Ratisponensis Dioecesis. Ita fraus ubique.

VIIII. kal. Aug. MCCXLI. Bathaviense Capitulum, Decanus W. de Stennaugen spiritum consilii sanioris. Mittunt litteras Imperatoris: Fridericus D. G. Rom. Imp. Augustus Jerusalem & Siciliæ Rex Præposito, Decano, Capitulo Bathaviensi. Ait se audiisse Albertum Bojemum quondam confratrem & concanonicum eorum in Archiepiscopum Salzb. Bathav. Frising. Episcopos insurexisse, mandat, excludant. Ipsum igitur excludunt, monent & rogant, ne ille sequatur eum & recipiat.

(e) Ex trium dierum itinere, unius diei fecit (e) ex Bohemia, ut ipse scribit. Gre-
(f) gorius Papa regi Bojemiæ (f). Ascendit de mari bestia &c. accusat Fridericum cognomine simulâsse ægritudinem, toxico sustulisse Lantgravium... non absolutum in Syriam transiisse ait; cavillatur ejus victoriam.

Reinoldum filium Ducis Spoletani contra voluntatem Papæ dedit Vicarium Siciliæ regno suo. Crudelitatis accusat, objicit à tribus sæpius dixisse mundum deceptum; Deum non natum de virgine; nihil credendum quod ratione non possit probari, hæc pro tempore probanda esse. Laterani kal. Junii. XIII. anno Pontificatûs.

Gregorio Papæ Albertus proponit conspirationes Episcoporum & Archiepiscoporum contra Romanam Ecclesiam. Se mittere non posse nuntios, omnes vias frœnis canalium Salzburgensem & Brixinensem Episcopos obstruxisse, positis custodiis in arctis locis. Coactus per quamdam vetulam conversam & unum puerum, qui nequaquam suspecti litteras mittere. Ait se hoc anno post Pascha, dum in Moravia esset excommunicâsse Episcopos Moguntinum, Salzburgensem, Bathaviensem, Ratisponensem, Frisingensem, Ducem Austriæ, Principes Misniæ ac Thuringiæ; Ducem Austriæ paratum fuisse nuntiat, sed ab Archiepiscopo Salisburgensi & Episcopis prohibitum, & absolutum. Interdictum relaxant, veterem conspirationem renovant datis obsidibus. Dein Duci meo Bojorum unanimiter scripserunt, ut me dimitteret, ac à Bojaria pelleret. Canonici Ratisponenses in præsentia Domini mei Ducis Bavariæ & nuntiorum Friderici jactârunt, quod Episcopo suo contra hostes imperii & Ecclesiæ ad triennium velint dare sexcentos milites de suis præbendis solidatos, ad honorem Imperii & eorum charissimi Domini Friderici. Dicit se habito consilio fidelium Ecclesiæ, pronunciavit eorum præbendas vacare, parochiales etiam fructus conlegi, necessitatis causa reservari. Hac re territi vicini, & si mensem durâsset, omnes Episcopi Bojorum ad Romanam Ecclesiam rediissent, coacti precibus Canonicorum, sed versutus Episcopus Ratisponensis missis & ministris suis, & de civibus meliores, tres de Canonicis Dominum Ducem Bajoariæ Ratisponam ad suam præsentiam evocat, ac suis dolis circumvenit, sententiam nostram, vestra auctoritate datam retractari procuravit potentia seculari, nec his contentus, Canonicos, plebanos, alios Clericos, qui Mandatis Apostolicis paruerant, & quasdam sententias ad mandatum meum fuerant executi, beneficiis Ecclesiasticis & aliis bonis contra justitiam spoliavit. Sicut ipsa sententia omnes hostes Ecclesiæ terruerat, sic post ejus revocatio omnes Ecclesiæ consternavit amicos, imo terruit & confudit. Dicunt enim Canonici Bavariæ omnésque alii Prælati, ex quo de suis beneficiis sunt securi, posthac non timebunt tonitrua & fulmina Romanorum, quia non darent pro ipsorum suspensionis & excommunicationis sententiis fabam. Cum igitur jam inde lapsus inclyti Regis Bohemi tam priusquam aliorum Principum corda fidelium Ecclesiæ vulneravit, & nunc ea, quæ per Dominum meum Ducem Bawariæ acta sunt circa præmissa alios inficiant à secunda parte, sanctitati vestræ in illa puritate qua vobis & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ coram Domino Johanne Camerario vestro personaliter tactis Sacrosanctis Evangeliis juravi, consulo bona fide, ut Dominum meum Ducem Bawariæ super his quod vestras præsumpsit sententias infirmare verbo vel facto vestris litteris plenissimè arguatis, & nisi cum maxima solemnitate revocet, quod fecit, comminari debetis eidem, quod velitis totum Ducatum suum Ecclesiastico subjicere interdicto, confortetis quoque eum ut fortiores vires induat ad obsequium Ecclesiæ Romanæ quam fecerit usque modo, præcipiatis etiam ei districtè imò districtissimè, ut me in omnibus negotiis vestris manuteneat & defendat pro suis viribus atque posse, ut me non impediat, sed potius promoveat & impellat ad negotia Ecclesiæ promovenda, secundum mandatum mihi à vobis injunctum. Item consulo, ut scribatis Regi Bohemiæ, ut negotio similiter melius & fortius sit in-

Hhhhh 2 ten-

(d) Hujus rixæ Ducis cum Moguntino de Ecclesia Laurishemensi meminit L. VII. Aventinus. Cap. IIII. §. XVIII.

(e) Hæc de Alberti fuga intelligenda, cui timor alas addiderat.

(f) Misit nuntios Fridericus ad Concilium Lugdunum, nihilominus inauditus condemnatus. *Avent.*

tentus, & si placet, Nobili Viro Bohuzlao filio Zlauconis & Nobili Viro Domino Budizlao filio Jarozlai simul universis Nobilibus, Baronibus Boemiæ & Moraviæ, ut in remissionem omnium peccatorum suorum Domino Regi Bohemiæ in negotiis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ fideliter adsistant, & eum ad obsequium Ecclesiæ fideliter moneant & inducant. Id ipsum, si placet, scribatis sorori Regis Boemiæ conversæ. Imò consulo modis omnibus ut E. Præpositum, C. Decanum, Semannum Archidiaconum, Canonicos Ratisponenses cum aliis quatuor de Canonicis, quorum Episcopus regitur consilio, & Dominus meus Dux Bawariæ est circumventus, per vestras litteras super his ad vestram præsentiam evocetis, mandantes ut intra duos menses à receptione mandati in propriis expensis & non Ecclesiæ coram vobis studeant comparere sub pœna Pater Sancte, quæ vobis expedire videtur. Similiter consulo, ut V. de Capitulo Bathaviensi, quinque de Ratisponensi, tres de Frisingensi, V. de Augustensi, tres de Eistetensi, V. de Herbipolensi, V. de Moguntino, V. de Babenbergensi, IV. de Brixinensi, quatuor de Constantiensi, V. de Argentinensi, IIII. de Spirensi, III. de Wormatiensi ad vestram similiter provocetis sententiam, quod sententias latas vilipendunt; quod si talis rumor in Alemannia insonuerit, omnes Episcopi de Alemannia incipient obedire, scribat Canonicis, si Episcopi mandatis vestris obedire noluerint, ipsi alium eligant Episcopum Consilio tamen executorum vestrorum omnes Episcopi terrebuntur, parebunt tandem. Ut petitiones per C. conversam, H. puerum missas velit exaudire, quod sine ipsis nihil expediri potest. Petit quoniam odiosus sit omnibus Episcopis, Clericis, Laicis ut me ordinaria authentica & auctoritate Judicum subdelegatorum quocunque tempore obtentorum in me fulminent, quantocius revocet litteris, & suas latas sententias in Moguntinum, Salzburgensem, Pathaviensem, Ratisponensem, Frisingensem, quas ipsi irrident, litteris suis adprobet.

Cæterum Pater Sancte scire cupio S. V. ita tamen pie pater, ut sepultum maneat in æternum, quod electio Regis in Alamannia retardatur, quia junior Rex Daciæ à proposito omnino recessit, patre suo dissuadente & lapsu Regis Bohemiæ faciente, fit tamen novus tractatus super hoc circa Ducem Austriæ & filium Sanctæ Elizabeth, & quid possit apud illos inveniri adhuc ignoramus, & si secretissimum cordium principum Alamanniæ spiritualium & secularium scire cupitis & de omnibus ad Ecclesiæ honorem informari, quod si & per vos, tantum sine electione Principum & tantum de bona voluntate ipsorum novum cupitis Regem creare, aut etiam Capitaneum facere Lombardiæ vel Tusciæ, virum videlicet strenuum potentem in armis & militibus ad honorem Ecclesiæ Romanæ, juxta desiderium cordis vestri, Domino Argentinensi Episcopo incontinenti sine mora vestris litteris injungatis, ut vobis Nobilem Virum Henricum de Neisen transmittere non omittat. Illum enim adhuc induxi, & ipsum vobis juramento firmavi, ut si Episcopus Argentinensis ejus principalis amicus à vobis commonitus sibi suaserit, statim propriis expensis ad Paternitatem Vestram iter arriperet festinanter. Is H. de Nympha de potentioribus & nobilioribus unus est, grammaticam novit, & gallicum satis bene.

Dominum suum Ducem Bavariæ ad plenum composuisse cum Episcopo Frisingensi, nec tamen induci potuit ad partem vestram, ante quadriennium inter Episcopum & Dominum meum Ducem super quibusdam articulis quæstio agitata. Postquam in tota Diocesi Frisingensi Episcopus Frisingensis interdicti sententias fulminavit, Dux à Sede Apostolica appellat Episcopus ad majestatem Imperii, sed Judex Apostolicus auctoritate vestra de causa legitimè cognoscens interdicti sententias relaxavit, interdictum solvens, fecerunt solemniter celebrari, una pars Mandatum abolevit, alia pars Ecclesiæ Romanæ multum detrahendo imperiale auxilium invocabat. Tandem gliscente partim pertinacia biennio jam elapso, post sæpius latas sententias excommunicationis, suspensionis fuerunt beneficiis Auctoritate Apostolica perpetuò destituti, Clericisque papalibus data, prælium in Bawaria ex tunc commune ortum. Dux Bavariæ cum sua parte Papalis, Episcopus verò Frisingensis parte altera imperialis. Episcopus autem volens famæ nomen magnum apud Imperatorem cumulare, noluit componi cum Duce, nisi sua pars ut imperialis triumpharet, & Dux Papalem posthac non foveret, quare provenit contrarium. Ruit pars papalis, prævaluit imperialis, & verum quia omnes Clerici partium Ecclesiæ ab Adversariis spoliantur; insuper Episcopo adjecit Dux in eadem compositione pro damnis inlatis in argento & possessionibus ad valentiam quatuor millium marcarum argenti, cum Episcopus Domino meo Duci Bawariæ decies plura damna intulerit & majora. Hæc fecit illa fortissima conspiratio à suis consanguineis & Ministris concepta.

Supplicat, pedibus accidit, cum Clero, ut non ad suggestionem suam sed ex officio vestro mihi vestris litteris injungatur, ut revocet illam compositionem, potentia seculari factam per parentes excommunicatos.

Filius S. Elizabeth rapuit insignia marchionum Misniæ, nigrum Leonem in aureo clypeo, sub eodem clypeo militavit, & posthac vult deferre, unde magna discordia inter filium Elizabeth & suos, & Mysios & suos exercitus.

Inter

Inter Episcopum Coloniensem Clericum & Ducem Bawariæ adhuc discordia est, alia nulla nova in Germania. Famam fuisse ait Sinibaldum Cardinalem Legatum in Ungariam venisse, Germaniam intraturus, cujus adventu fautores Friderici maximè turbatos ait.

Inquisitio in Archiepiscopum Moguntinum & Episcopum Frisingensem non est celebrata, quia thesaurarius ad Dominum meum Ducem Bavariæ accedens, cum fuissem in Moravia, astutè surripuit utrumque, quasi apud Metensem Episcopum fideliter procuraturus. Idem tamen alias ludit Ecclesiam.

Inquisitio tamen per Argentinensem missa per H. Abbatem Schirensem virum magnum & fidelem, providum, honestum solemniter est celebrata, cum interfuêre nuntii & procuratores Episcopi Frisingensis, quia Episcopus Argentinæ propter turbationem Alamanniæ ipse interesse non potuit. Petit adprobari.

Gundelohum Canonicum veteris capellæ Ratisponensis virum providum & honestum, petentem, quia beneficiis ob favorem Papæ spoliatus commendat. Nonis. Sept.

Canonici & cives Herbipolenses suum Episcopum captârunt, quem ferè impetus popularis extinxerat, quia urbem tradere voluit Consulibus Friderici; consulit, si tractare negotium velit, totam Germaniam interdicto devoveat (negotia missa à me nihilominus jubeatis processum habere) contra omnes Cistercienses, Prædicatores, Minores cujuscunque Ordinis, dignitatis interdictum mittere. Brevi tota Germania incipiet humiliter obedire.

Raspo Lantgravius Thuringiæ defecit ab Imperatore ad Ecclesiam, Fridericum omnibus modis persequendo. Fama est, Archiepiscopum Moguntinum velle redire ad vos, ipse enim cum toto Capitulo ad querelam Domini Ducis Bawariæ & Ecclesiæ Laurisemensis XIIII. kal. Febr. apud Heidelberg Wormatiensis Diœcesis auctoritate vestra legitimè fuerunt suspensi, interdicti, excomunicati & Ecclesiæ & civitates interdicto Ecclesiastico supposita MCCXXXIX. sententia hujusmodi per Germaniam, Boemiam publicare. Eundem Archiepiscopum post IV. Id. Martii suspendit, dein VI. kal. Maij apud Brunam Olomucensis Diœcesis excommunicat MCCXL. quæ publicata per Thesaurarium Ecclesiæ Moguntinæ, tum devotum, nunc perversum. Burchardus & Ulricus missi Romam in festo Petri & Pauli nondum reversi, miratur Dux & Rex Bohemiæ.

Lator petit Ecclesiam Elsendorff Ratisponensis Diœcesis, quæ VIII. marcas argenti annui valet, confirmari, quam ipse vacantem ei concessit; esse eum de nobilioribus militibus Parochiæ.

Petit nuntios suos citius absolvi. Episcopi Ratisponensis, aliorum Prælatorum Lamentis contra se non credat.

Fridericus Imperator Ottoni Duci Comiti Palatino Rheni dilecto Principi suo. Dicit se ex litteris Archiepiscopi & Ducis Austriæ intellexisse, nomen suum auctoritate Gregorii dicti Papæ blasphemari in Conventibus, urbibus, oppidis Ducis consensu ejusdem per Albertum Bojemum Clericum, cum ipse Dux suo beneficio tam altum gradum imperii teneat, nec decere nec expedire ut patiatur id, præcipit, expellat, aliósque hujusmodi se vituperantes. In castris in obsidione Faventiæ. IIII. Octobris.

G. Papæ per Valentinum. Litteræ de concilio missæ Regi Boemiæ & aliis quibusdam Principibus tardè seróque redditæ adeo ut ad definiti concilii diem nuntios absolvere suos non potuit tam brevi. Quidquid ibi decretum amplexuros Regem & Ducem ac suos, si Legatus à latere mittatur, ut desiderant Principes; rem esse confectam, quod si ante actum fuisset, jam diu optatum finem res consecuta esset. Petit maximè, ut per mare & Ungariam mittat Legatum de Cardinalibus, vult ei in Ungaria adhærere ex parte Ducis Bawariæ Domini sui & amicorum suorum & procurare, quod Rex Boemiæ & ille H. Christianissimus Princeps Poloniæ *, Ungariæ contigui sibi occurrere personaliter festinabunt. Datum Lantshuet proxima feria quarta ante Cœnam Domini. MCCXLI.

* Avent. in marg. *Filius Hedwigis.*

Eidem Otto D. G. Palatinus Comes, si anno proximo præsenti ad crebram petitionem suam litteras & nuntios consanguinei sui W. Regis Boemiæ Legatus datus in Alemannia fuisset, negotium suum & Ecclesiæ jam fine quieto gauderet. Nihil prodesse consilia bona dare, cum quæ ab ipsis suadentur, ipse non exaudiat; si majora petiisset, sperâssent se exauditos, in tantam superbiam Episcopos Alamanniæ esse prolapsos, nisi brevi negotio finis detur, vel à latere dirigatur Legatus providus & auctoritate qua Episcopos, qui non parerent, continuo damnaret, alios obedientes substituat, proximo autumno major pars Episcoporum, Laicorum principum Lombardiam intrabunt in auxilium Friderici. Nos cum Rege Boemiæ, qui rectum . . . pauci sumus, cogemur desperare omninò & facere, quæ postmodum non poterunt revocari, supplicant, Legatum per Ungariam transmittat, si negotium cupiat terminari. Quod si ad concordiam, ut fama est, pronior sit, eo quod Legatum dare denegârit, velit id intimare Burchardo, sciens Principi suo quædam injunxisse dicenda viva voce. Consulit quoque Albertus juxta preces Ducis & Regis mittat Legatum sine mora, quod si fecerit, omnia negotia ad voluntatem Papæ terminabuntur. Datum IIII. Idus Aprilis. MCCXLI.

Episcopo Ferrariensi Albertus refugit ad consilium ejus ob negotium instans, tædio enim affici Principes Alamanniæ fideles Ecclesiæ, quod non ut postulant, missus sit Legatus Cardinalis à Latere, ipsos præsenti & præterito anno id postulâsse, ut ejus auxilio & consilio informati, in electionem futuri Regis unanimiter convenirent secundum quod ab eisdem cum Regibus Ungariæ ac Daciæ fuerat definitum. Papa Legatum mittere non curavit, prætendens quasdam rationes formidinis, quæ negotium confundebant, unde hujusmodi pavefacti ab incepto negotio destiterunt, assentiens, si Papa vellet sine negotio dare, hujusmodi futiles rationes non prætenderet, nec negotium prorogaret, ita quidam Principes desperati defecerunt, laborâruntque pro gratia Friderici. Si Legatum tunc Alemanni habuissent, omnis res transacta fuisset electione novi Regis, rogat, ut Papam inducat, adsentiat de Legato Principibus. Aperit populos Hyrcaniæ & Scythiæ . . . . qui vulgo tartari vocantur, fines Ungariæ intrâsse totaliter christianismum demolituri, ob hoc Legatum Teutonici, Bohemi, Poloni, Ungari sitiunt, ut ejus auxilio populus is pellatur finibus, in partibus Alamanniæ prædicatur Principibus in eodem exercitu visos nuntios Friderici, à quibus iidem Barbari ad introitum hunc excitati. Nisi ante proximum autumnum mittatur Legatus, major pars Episcoporum Teutoniæ & omnes principes sæculares sine dubio Lombardiam intrabunt cum omni virtute in auxilium Friderici. Si infra eundem terminum mittatur Legatus, tota spes Friderici corruet, novus Rex creabitur ad honorem Ecclesiæ & gaudium Lombardiæ. Ait Regem Bojemiæ & Otonem Ducem Bawariæ sub suo sigillo solum scribere Papæ amicis per Italiam. Datum IIII. Idus April. MCCXLI. Ita scriptum Episcopo Bononiensi, Duci Venetorum, civibus Bononiæ, Mediolanensibus, Brixiensi D. G. de Monte Longo.

Visio d. H. Popponis infirmi (g). Albertus debuit Concilium celebrare, nemo vocatus nisi Magister Dietricus in testem, Beata Virgo, omnes Apostoli misêre vice sua eburneas imagines, in quarum singularum pectore sculptum jus quod ibi confirmandum: Ivere illæ ante Albertum, & ille singulatim cujuslibet jus confirmavit. Et jussit Albertus H. cultellum subtrahi, (h) & H. celebraturo missam in capella Albertus jussit reponi in cornu altaris, & dixit H. benè invêni cultellum. Ottelinus dixit: respicite Laminam; H. respexit, quæ fuit plana. Iterum Ottelinus dixit: respicite diligenter. Iterum respexit H. & ecce litteræ aureæ in lamina, quas legit H. hunc in modum: Ego Albertus præcipio vobis in nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti observetis hos dies à die Dominica usque in quartam feriam, orationibus & jejuniis, quasi dies quadragesimæ, quod non interfuistis concilio meo. Tunc dixit Dominus H. quare me torquet Magister Albertus, cum non intimavit mihi concilium suum. Tunc dixit Dux, quod est actum in concilio? Magister D. respondit: venite & audite. At ipse Dux cum Ducissa & Magistro de Triclinio intravit cubiculum, ibi erant sicut antea Imagines Apostolorum Eburneæ & Beatæ Virginis. Tunc Magister ostendit eis aureas litteras sculptas in pectoribus eorum, exponens etiam ordine omnia jura cujuslibet imaginis, quæ per sententiam Magistri Alberti fuerant confirmata; & Domino Duce admirante statim imagines evanuerunt. Hæc visio facta in vigilia Philippi & Jacobi post medium noctis digestione plenissimè facta, & cum evigilâsset Dominus H. & deambulâsset mora diuturna in castro hinc inde intra se de visionis hujusmodi . . . . . stupefactus atque admiratione plenus ad lectulum proprium repedavit, & cum summo silentio premeret prælibatam visionem, per omnia ut præmisimus, quasi in extasi positus iterato vidit lucidè celebrari, & ea peracta nimio terrore permotus ad Ecclesiam confugiens matutinaria obsequia celebravit.

Gregorio conqueritur se paupertate premi maxima, se fecisse expensas circa Principes, Milites, Nobiles, qui pro Chunrado regulo expediebantur in Italiam, quomodo patet ex excomunicationibus, suspensionibus sicut extant publica Instrumenta confecta à Fratribus Nymphanis (i) R. & B. Comitibus de Urach (k), qui in absolutionibus coram me fecêre cautionem, in favorem Friderici posthac Italiam non intrabunt. Expensas in nuntiis commemorat, pro Matrimonio filii Regis Boemiæ, circa Ducem Austriæ se à nullo uno denario releva-

(g) Poppo hic scriba Ducis fuit, & ipse sacerdotiis pinguioribus ditatus, teste *Aventino* L. VII. Cap. IIII. §. XXII. p. m. 641. edit. Gundling. Vetus verbum hic obtinet: *quod volunt, somniant Sabini.*

(h) Brunnerus hoc loco rem ab Aventino contra MS. fidem relatam arguit. Conferatur igitur cum Brunneri narratione Rer. Boic. P. III. L. IIII. §. II. & nullum criminationi locum fuisse, patebit. Ipse Brunnerus, ut erat vir bonus atque ingenuus, quoties sibi relinquebatur, non dissimulat *Albertum* ad animum Ducis & conjugis magis pelliciendum *prodigiis subinde ostentisque cœlestibus ad conciliandam studiis suis auctoritatem abusum.* De *Ottelino* hoc præter Brunnerum l. c. videndus etiam Aventinus L. VII. C. IIII. §. XXII.

(i) ita supra Comites de Niffen appellaverat.

(k) L. VII. C. IIII. §. XXIII. Rudolphum & Berchtoldum fratres de Uri vocat, Episcopi Constantiensi collisos, gente *Suitonas.*

levatum. Patrimonium distraxit, libros vendidit, obligavit de redditibus, nihil proprium, à Friderici fautoribus spoliatus.

Deficiente Bursa defecêre excommunicationes, petit juxta sententiam H. Abbatis de Schira, Salzburgensem & Bathavìensem Ecclesiam condemnatas teneri pro redditibus perceptis in duobus millibus marcarum argenti Bath. ponderis apud creditores Romanos solvendi & Senenses, eandem deputare velit summam, velit ea convertere in odium Friderici. . . . .

Ungariæ Boemiæ Reges Polonósque armatos, Scytharum exercitus, quos Tartaros vocat vulgariter infestare ac destruere regna. Datum Landshuet pridie Nonas Maij. MCCXLI.

Otto Dux Gregorio Papæ. In negotio quod pauci gerimus vobiscum, si aliter dictum ipsi non debet commoveri, aut si aliqui inconstantes Principes, testatur in proposito perpetuo mansurum usque ad finem negotii. Rex Boemiæ consanguineus suus si ulciscitur injuriam, ignominiam illatam à Duce Austriæ & Marchione Misniæ contra negotium, sed pro eo. Nec moveant eum litteræ, quas ipse & Rex misêre pro Friderico sub suis sigillis petentes pro concordia & pace ipsius. Licet enim ipsi litteras dederimus, non tamen utilitatis nostræ fuit, ut illas exaudiretis aliqualiter. Mittere se ait Bertholdum Capellanum suum, hortatur, si quæ litteræ mitterentur nomine suo, non credat, nisi signum suum adsit cera rubricatâ. Nuntios misisse ait & mandatum, sed . . . . si contra Episcopos processum fuisset, negotium finem haberet, quia tamen consilia nostra apud vos locum non habent, negotium protelatur non sine magno dispendio & jactura.

Albertus eidem conqueritur, quod ipse ad Ratisponensem benignè fratrem venerabilem appellando eique res quasdam committendo scripserit, quem tamen excommunicaverit, & licet ab ipso alienati fuerint Dux & Barones. Stultum me dicunt, quod ego . . . . . contra Episcopos sententiam, vos eos adpellatis Fratres venerabiles. III. Id. Febr. MCCXLI.

Rudbertus Remensis in ea parochia scripsit VIII. libros expeditionis in Palæstinam Gotofredi. Associatur cuidam Duci Teutonicorum Godefrido, qui erat Eustachii Boloniensis Comitis filius, sed officio dignitatis Dux erat Teutonicus, vultu elegans, statura procerus, dulcis eloquio moribus egregiis, mitis, lenis & magis Monachi quam militis. (l) (l)

Pontifex Fridericum perjurii, mendacii, sacrilegii, parricidii graviter accusat, eum pessimè de Christo Mysteriisque religionis nostræ sentire; húcque omnes eum nervos intendere atque conatus ejus tendere ut Romano Pontifice atque flaminibus Romanis, ore armisque in summam egestatem inopiámque redactis & omnino expulsis, Philosophiam Christianam penitus exsibilet atque explodat; ideo indignum esse, cui Christianus pareat, se eum more majorum devovisse, aqua igni interdixisse ac exaugurâsse, execrâsse, omnésque Sacramento, quo ei astricti sunt, solvisse, quousque resipiscat, ac in gratiam cum Pontifice redeat.

Contra Fridericus par referens, quædam crimina sibi objecta in Pontificem retorquet, alia omnino negando diluit. Huc fastum ambitionem R.P. tendere ut non tam se quam Romano Imperio tanquam capite compresso, facile cæteros opprimat; æmulum Principum, & regnum omnium Monarcharum adfectare. Rem non tam suam quam omnium Principum, Regum, agi; se optimè sentire de Christo, ejúsque mysteriis, se nil magis cupere quam ut respublica Christiana suo tempore pristinam recuperet majestatem & amplitudinem. Quod fieri nequaquam possit nisi ambitio Sacerdotum subtractis dominiis extirpetur radicitus; Rempublicam Christianam, religionem, cujus ipse caput adeo constitutus esset, non armis opprimi posse, sed vitiis, ambitione, avaritia maximè corrumpi. . . . Ideo se ne hoc fiat summoperè nisum. Se decere pro sibi commisso à Deo regimine, Pontificem Christanos ad vitam Christi, æmulando Petrum ejus Vicarium. . . Non administrationem rerum humanarum, bellorum, quæ ut prophana sibi interdicta, usurpare. In rebus verò dominationis se non Pontificem ut patrem agnoscere, sed etiam inimicissimum quoque Sacerdotem. Hortatur itatque Reges, Principes, ut sibi faverent, rem enim non tam suam quam Christiani nominis esse. (m) (m)

In tanto rerum tumultu ut fit, partim metu tœdióque partim audacia paulatim labescente disciplina, Monachi, Mystæ templorum (quorum ante operâ Pontifices Præsulésque in scribendis emendatissimè codicibus utebantur, ut apparet in Bibliothecis) dissoluto severioris religionis & disciplinæ jugo cœperunt populariter vivere. Mystæ adeo ut sibi quidquid luberet, liceret sine omni verecundia. Cœnobia verò pleraque Bojoariæ sub patrocinio Principum nostrorum sub disciplinam redacta sunt veterem. Aliqui Abbates (n) fraude amoti ut Schyræ ab Ottone, datæ aliquibus mitræ ut pares Pontificibus haberentur, pecuniámque darent. (n)

Primus Imperatorum Sacerdotibus parcissimè privilegia dedit, quæ extant.

Episcopi

(l) Hæc Aventini sunt unde unde accepta & his excerptis ex Alberti commentariis fol. 43. a. inserta.

(m) *In marg.* vide Epistolam Maximiliani Christianissimi Imperatoris.

(n) Quæ sequuntur denuo Alberti tempora respiciunt. Collector, ut in adversariis, summa imis permiscet.

Episcopi tamen Sacrarum Litterarum peritiores non facile parere volebant, non esse è Republ. Christiana tantam capitum commotionem, utriusque partis conspiratione abhorrebant. Ideò ipsis omninò inconsultis ad rem aggressus.

Sapientiores mallebant Imperium à Germania in Italiam rursus redire, ne omninò itaque rixa Pontificum Romanorum fatigarentur. Neutri, nec Imperatori nec Pontifici adhærebant, sed veritati. Utrumque non Christianum abhorrebant.

Prædia, Decimæ, Templorum, Cœnobiorum direpta Rapotoni Ortenburgensi Comiti &c. Pauci, quibus utilius bellum quam pax erat, rem maximè collaudant, viribus nisi, ne pax conciliaretur.

H. & focii inter se quoque suspecti erant. Nam cum novus quisquam fœderi accedebat, illi qui Duces erant multitudinis, suum comminui dominium accessione sociorum metuebant, & si una pars prævaleret, ita diutius bellum traheretur. Unde Rex Bohemiæ, primo cum audiit Archiepiscopum Moguntinum accessisse partibus Pontificis, ipse ad Imperatoris defecit, ac arma in Archiepiscopum, primum eodem nisus, movere voluit, nisi dolis Alberti per sororem suam & Bojemos quosdam impeditus fuisset, tanto tamen Alberti periculo, ut ipse clam noctu aufugere, ac ut Episcopo scilicet conqueritur ex trium dierum, unius diei iter facere coactus fuisset. Item Oto Dux Bavariæ, ubi vidit Landgravium Thuringiæ accessisse, ad partes Imperatoris defecit.


Nemo constantior Duce Austriæ fuit, qui inperterritus tam Regem Bojemiæ quam Ungariam infestans, minas Pontificis Romani floccifaciens, Imperatori usque ad mortem adhæsit constantissimo.

Bohemus quoque, quos publicè excommunicârat, acceptis muneribus clanculum absolvi jubebat, Gregorius ejus quoque acta non omnino approbabat, quin interim ab ipso excommunicatis humanissimè scribebat, quam rem Albertus expertus, omnia Romæ venalia esse, in loco sibi cavit.

Volebat Pontifex suis viribus ruere Imperium nec enim Legatum miserat, quia pacem nolebat, gnarus discordia crevisse Opes Ecclesiasticas &c.

Albertus Præfectus Pogiorum, . . . . templorum prædia diripiebat, Rapoto Comes Altah, ut Bathaviensis Altmannus Hilgersperch, Ckunradus Comes Wasserburch.

Ea tempestate Episcopi Bojoariæ à Principibus defecêre, Bathaviensis, Salisburgensis ad Austriacos, Brixinensis, Comitatus Tyrolij ad Albertum Comitem Goritiæ. Ita ea res maximum Bojariæ intulit detrimentum.





# INDEX
## RERUM, PERSONARUM, LOCORUM
### LOCUPLETISSIMUS
### In Tomum I. Scriptorum Rerum Boicarum.

## A.

*Alber-*

*Biblio-*

Cal

S. *Cas-*

*Chuno*

ejus

Fun-

Mors

Ell



Eln



Elo



Elp



Els



Elv



Elw



Ema



Emb



Emi

*Enger-*

In

*For-*

*Fri-*

Fro

*Geis-*

Gri



Gro



Gru



Gua



Gue



Gug

*Hartw-*

*Hein-*

*Her-*

S. *Joan-*

Joan-

de

Lud-

Mani-

*Mau-*

Otto

## Mor



## Mos

Perin-

*Petrus*

Wei-

*Rapoto*

Ratis-

 *Regin-*

Rostal.

Her-

## S.

### Sab



### Sac



### Sal



*Salz*

Zeng-

Scu-

*Siſin-*

oſſa

Suy

A Ge-

S. *Urba-*

Wei-

*Westen-*

Lati-

*Wi-*

*Wolfram-*

# *Errata sic corrigenda.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Pagina 5. linea 17. | *in uno* | dele | *in.* |
| Ead. pag. lin. 27. loco | *postuma* | lege | *postremæ.* |
| Pag. 9. lin. 17. | *rei Bojorum* | lege | *Res Bojorum.* |
| Pag. 13. linea 20. | | lege | *reciprocata.* |
| Pag. ead. lin. antepenult. pro | *notia* | lege | *Notitia.* |
| Pag. 14. lin 2. & 9. pro | *sempiternè* | lege | *semiplenè.* |
| Pag. 19. columnâ b. lin. 40. | | lege | *reperissem.* |
| Pag. 32. lin. 34. pro | *Advena* | lege | *Advenæ.* |
| Pag. 37. lin. 6. pro | *Eructuaria* | lege | *Fructuaria.* |

Pag. 42. col. b. ad An. 1340. ad finem paragraphi, nota hiatûs apponenda.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Pag. 43. nota (e) loco | *audiea* | lege | *Andrea.* |
| Pag. 46. lin. 7. | | lege | *umbilicis.* |
| Pag. 52. lin. 19. loco | *cum* | lege | *Eum.* |
| Ead. pag. lin. 52. pro | *potest* | lege | *Præstet.* |
| Pag. 91. lin. 14. | | lege | *ædificia.* |
| Ead. pag. lin. 21. lege | *semper* | pro | *temper.* |
| Ead pag lin. 29. pro | *Guilelmo III.* | lege | *IIII.* |
| Ead pag. ad finem notæ (k) | | adde | *verba Angeli.* |
| Pag. 98. lin. 10. loco | *tractus* | lege | *tractatus.* |
| Pag. ead. lin. 24 loco | *follicarent* | lege | *solicitarent.* |
| Pag. 106 col b. lin. 31. loco | *in eam* | lege | *in eum.* |
| Pag. ead. lin. 47 loco | *usu est* | lege | *usus est.* |
| Pag. 110. col. a. lin 58 pro | *tradent* | lege | *tradunt* |
| Pag 135. col. a. lin. 48. | | lege | *Georgius Fravvnbergius.* |
| Pag 149. lin. 12. loco | *habitari* | lege | *habituri.* |
| Pag. 150. nota (x) loco | *cordos* | lege | *corvos.* |
| P. 186. col b. lin 19. pro | *Ludovicus* | lege | *Henricus.* |
| P. 196. col. a. lin 25. pro | *Rastellensi* | lege | *Castellensi.* |
| P. 202. col. b. lin 59. pro | *hue Syfridus* | lege | *Hic Syfridus.* |
| P. 231. nota (g) | | lege | *mancipationem.* |
| P. 236. nota (k) pro | *excuso* | lege | *Excuso.* |
| P. 241. col. b. lin. 31. pro | *artem* | lege | *arcem.* |
| P. 242. col. a. lin. 17. pro | *Festibus* | lege | *Testibus.* |
| P. 244 lin. 30. pro | *in commoda* | lege | *Incommoda.* |
| P. 277. col. b. lin. 23. pro | *curâ* | lege | *cusa.* |
| Pag. 315. lin. 2. pro | *Ducem* | lege | *Duces.* |

Pag. 317. nota (s) loco *editum* reponendum erat *edendum*, quod tum ineditum crederem.

| | | | |
|---|---|---|---|
| P. 388. col. a. lin 10. pro | *& veteri* | lege | *Ex veteri.* |
| P. 400. lin 16. pro | *quo opto* | lege | *quod opto.* |
| Pag. 417. lin. 1. pro | *clarent* | lege | *carent.* |
| Ead. pag. lin. 16. pro | *ex professo* | lege | *Ex professo.* |
| Pag. 624. nota (g) pro | *Ex Regione* | lege | *Ex Reginone.* |
| P. 454 col a. lin. 15. pro | *Nepojodonis* | lege | *Nepos Odonis.* |
| Ead pag. col. b. ad A. 897. lin. 6. pro | *Historia* | lege | *victoria.* |
| P. 463. ad A. 956. lin 11. pro | *transfert* | lege | *transfertur.* |
| P. 497 ad A. 1188. pro | *curam* | lege | *Curiam.* |
| P. 533. col. a. lin. penult. pro | *iltimi* | lege | *Ultimi.* |

P. 539 col. a. ad A 1474 post verba *non procul à flumine* ad finem paragraphi rejectis quatuor lineis, legere perge: *avo, veteremque Appoloniam* &c.

| | | | |
|---|---|---|---|
| P. 561. nota (l) pro | *Hemmañerus* | lege | *Hemmauerus.* |
| P. 599. lin. 26. pro | *Steyererg* | lege | *Steyererus.* |
| Pag. 600. lin. 21. pro | *compta* | lege | *coempta.* |
| Pag. 629. lin. 17. pro | *brevis* | lege | *brevius.* |
| Pag. 650. num. Pontif CXXIII. pro | *Anastasius II.* | lege | *III.* |
| Pag. 656. lin. 7. pro | *totus* | lege | *totius.* |
| Ead pag. lin. 21. pro | *Desumpa* | lege | *Desumpta.* |
| Pag. 658. lin. 6. pro | *MCCLII.* | repone | *MCLII.* |
| Pag. 686. lin. 3. pro | *Exesum* | lege | *Exosum.* |
| Pag. 695. col. b. lin. 12. pro | *alis* | lege | *aliis.* |
| Pag. 703. nota (d) pro | *Danielis* | corrige | *Davidis.* |
| Pag. 733. lin. 38. pro | *Acta autem* | lege | *complectuntur autem Acta.* |
| Ead. pag. lin. 40. | | lege | *celebratissimi.* |
| Pag. 758. col. b. lin. 42. pro | *Insigna* | lege | *Insignia.* |

Peg. 785. notæ d. & e. inter se in fine confusæ ita legendæ: not. (d) &c. *Ut mirari jubeat, quo mox velut æstro percitus conceptam in Albertum bilem in Aventinum postea evomat. not.* (e) *Cap. IIII.*







